then. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. tenet ꝙ in dubio dicat̄ ꝓfe
ctitium. adde Ang. conſi. lxxviij. inci. Joa. Phil. ⁊ Barb. conſ.
xlj. ij. libro.

e POMA. ¶ Aduerte. Uide Bal. in l. multū. C. ſi quis alte. vel
ſibi. Alex. conſi. ciij. iiij. vol.

1 ☞ Proteſtatio precedens contraria actui ſequenti, facit vt
actus ſequens nihil operetur.
2 Proteſtatio precedens impedit actū ſequentē, in cōſiſtentibus
in noſtra voluntate.
3 Proteſtatio ad hoc vt impediat actum fiendū, quādo requirat
partis preſentiam.
4 Cauſa quando requiratur in proteſtatione.
5 Proteſtatio per actum ſequentem contrarium proteſtationi, q̄
do tollatur.
6 Timeas quis ne cogatur contrahere, cautella eſt Dy. ꝙ clā ꝓ
teſtet̄, ꝙ ſi faciat nō facit volūtarie. ⁊ an talis cautela ſit bona.

a **§. Celſus.** [a] Proteſtatio † precedens, actui ſequen. ꝯ
1 ria, facit vt ſubſequēs act⁹ nihil operet̄ [b]:
b h. d. ſm Dy. ¶ † Nota. ꝙ in his que conſiſtunt in noſtra pura
2 volūtate, proteſtatio precedēs impedit actum ſequentem † No.
3 ꝙ [c] in dictis caſibus quando fit ꝓteſtatio nō requirit partis p̄
c ſentia, vel ꝙ ei innoteſcat. vt hic, ī gl. dū dicit̄, clā. Sʒ ſi eſſet cele
brandus actus q penderet ex volūtate mea, ⁊ alterius, ⁊ tūc ꝓ
teſtatio dʒ īnoteſcere parti, alias nihil valeret, l. fi. §. itē ſi ꝑdire
rit. ff. naut. cau. ſta. ⁊ l. ſi fideiuſſ. ī prin. ſ. man. ⁊ l. actiōe. §. renū
ciare. ſ. ꝓ ſoc. ⁊ l. j. in pn de lib. agno. tangitur ꝑ doc. in l. pacta
4 nouiſſima. C. de pac. † No. ꝙ ī proteſtatione nō requiritur cauſa
qð in caſibus predictis intellige, ſcʒ in eo quod ī noſtra volūta
te ſola conſiſtit, vt hic. Sufficit enim ꝓ ratione voluntas, l. q2 po
terat. ad Treb. alias requireretur cauſa, l. ſi hominē. ſ. māda. ⁊
5 l. j. C. debi. ven. pi. impe. nō poſ. ¶ † Not. ꝙ ꝑ actū [d] ſequentem
d contrariū proteſtationi nō videor a proteſtatiōe recedere, [e] vt
e hic. Ratio, q2 ille ſequēs act⁹ pēdebat a mea ſimplici volūtate
q̄ voluntas preſumitur abeſſe propter proteſtationē: ſecus ſi a
tus ſequens pēdebat ex voluntate mea, ⁊ alterius, l. cū ī plures
§. locator horrei. ſ. lo. ⁊c. ſolicitudinē. † extra de appel. Sicut eñ
propoſitū meum in mente retentum non nocet contrahenti me
cum l. ſi repetēdi. C. ð condi. ob cau. ita nec talis ꝓteſtatio facta
clam, que ei nō innoteſcit. Et aduerte † ad illud qð dico, ꝙ talis
proteſtatio facit p̄ſumi voluntatem abeſſe, intelligitur de actu
qui ſtatiʒ ſequitur poſtea, ſecus ſi ex interuallo magno, ar. l. pre
tētionē. C. de vſu. ⁊ iō ad hoc vt hoc ceſſet, eſt neceſſe qð ꝓteſtatio
f largior fieret [f] ꝑ me, id eſt, ſi alicui facerē aliquē actū ꝑ quē indu
ceretur aditio, ex nūc, proteſtor me nō facere animo adeōdi. His
premiſſis venio ad gloſſ. ⁊ op. qð aditio valet. ſed reſcinditur ꝑ
actiōe, qð metus cauſa, l. ſi mulier. §. ſi metu. ſ. quod me. cauſa.
Glo. ponit plures ſolu. illa eſt vera ſolutio, ꝙ hic nō adiuit qð
apparet ex proteſtatione ꝑ quā preſumitur voluntatem abfuiſ
ſe. Et hoc vult dicere gl. dū dicit, hic fallēs. ibi nō. ¶ Op. ꝙ me
tus verborū nō ſi iuſtus metus. Sol. eodem modo quo. ſ. quia
hic nō adiuit. nā ſi adiuiſſet, metus nō fuiſſet iuſtus. ¶ Oppon.
C. eo. l. cū aliquis. Sol. dicit gl. ibi ꝑ iudicē cogitur, ſicut. j. ad
Treb. l. nā qð. §. ſi quis cōpulſus. Aduerte ꝙ quādo actus pen
det ex mea volūtate, tūc eſt verū ꝙ preſtatio impedit actum ſe
quētē, ſʒ quando quis pōt cogi adire velit, nolit, ⁊ iuſte cogitur,
tūc proteſtatio precedens nihil operatur. Op. j. ſi qs omiſ. cau.
teſta. l. Dic vt in gl. Ratio ſolutiōis eſt, q2 dominus poteſt iuſte
compellere. Unde quantū ad dominum, aditio non ſtat ī libera
poteſtate ſerui, ⁊ ſic nihil. releuat ꝓteſtatio: ſʒ quātum ad extra
neum, vel ad patrē, ſic, Op. de l. ſi patre. de rit. nup. gl. nō ſoluit

Dyn.dicit ꝙ ibi loquit̃ coactione reuerentiali.ꝙ nihil videt̃. qꝛ
etiã coactio reuerentialis,inducit reſciſſionem actus,l.j.§.q̃ one
rande.quarũ rerũ act.non da.Dic ergo.ꝙ ibi nõ erat actus qui
pẽdebat ex nuda volũtate faciẽtis.Itẽ nulla pꝛeceſſit pꝛoteſta-
g tio.Itẽ reperitur g in quibuſdam additionibus. Dy.ꝙ per hãc
6 legem conſuluit,†ꝙ ſi aliquis timebat ne cogeretur ab alio cõtra
here,conſiliũ eſt ꝙ pꝛoteſtet̃ clauſula,ꝙ ſi facit,nõ facit volũtarie
h Hoc conſilium non eſt bonum:[h] qꝛ hec lex loquitur in his q̃ pen
dent ex voluntate cõtrahẽtis tantum:ſed ſi poſtea celebꝛat̃ con-
i tractus cum alio,nihil operaretur.[i]vt dixi, nec per hãc pꝛoteſta
tionem pꝛobaretur metus,l.metum.C.ꝙ me.cauſa. Et de mate
ria pꝛoteſtationis,dixi in l.non ſolum.§.ff.de oper.no.nun.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Celſus.Uide no.in l.Põponius ꝛ in l.Neſennius.ꝺ
ne.ge.ꝛ limitatur hoc eſſe verũ in actibus pꝛecedentibus a volũ
tate mea,tamen ſecus ſi a voluntate mea ꝛ alterius.l.j.§.Item ſi
pꝛedixerit nau.cau.ſta.
POMA.¶Uide Fel.in c.cũ M.Ferrarienſis.in j.char.de cõ.
b ¶Operetur.Aduerte quod Bart.alle. contradicere in hoc §.ſi
his que dixit in l.pacta nouiſſima.C.de pact.Sed pꝛo ſaluatiõe
Bar.vide concoꝛ.poſitam ad d.l.pacta nouiſſima.C.de pac.
c POMA.¶Not.Uide Bar.in l.non ſolum.§.moꝛte.ff.de oper.
noui.nuncia.
d POMA. ¶No.ꝙ per actum.Uide Alex.cõſ.vij.in iiij.vol.Ro.
cõſ.clxxviij.Are.ꝛ Alex.in l.ſi ſtipulatus.in pꝛin.ff.de ver.obl.
e ALEX.¶Recedere.Ang.ponit vnũ dictũ valde no.alle.Inn.
in c.perlatũ.ꝙ me.cauſa.ꝛ in c.cauſa matrimonij.de offi.deleg.
vbi dixit ꝙ ſi metus adfuit tẽpoꝛe cõtractus a Tyrãno illat⁹,po
ſtea trado rẽ ex interuallo,an videat̃ ſubeſſe metus.Et dt ꝙ ſic,
qꝛ non videt̃ purgatus metus,poſtquam ſuberat eadẽ cauſa ti-
mendi.Et ibi alle.idẽ in ꝓteſtatione,ꝛ refert.Pone ꝙ quidã fuit
toꝛtus nullis p̃cedẽtibus indicijs,poſtea notarius ex interuallo
ſcribit ꝙ ſponte confeſſus fuit reus,an dicatur falſum ſcribere:ꝛ
dicit ꝙ ſic,qꝛ cũ iudex poſſit iterũ toꝛquere,ꝛ ſic ſubeſſe eadẽ cau
ſa timoꝛis,non eſt verum illum ſponte cõfeſſum,imo metu toꝛmẽ
toꝛũ videtur cõfeſſus,ideo officiales pꝛacticant ꝙ aliqui notarij
non adſint in toꝛtura.Si vero pꝛeceſſit toꝛtura p̃cedẽtibus indi
cijs legitimis,tunc ſi ex interuallo confiteatur,dicit̃ ſpõte facta,
ꝛ operatur aliqd.De hoc vide Bar. in l.j.§.vltimo.ꝛ ibi dixi de
queſtioni.ꝛ Bal.in c.j.§.iniuria.ꝺ pac.iu.fir.Ja.Bu.Bal.ꝛ An
in l.ij.C.ꝙ me.cauſa.Bal.in l.j.C.ne ex deli.defun.Uide Imo.
in d.l.j.§.vlti.de queſtio.ꝛ videtur pꝛobari ibi doctr.Ang.ꝛ ibi
etiã vide Bar.vt refert Imo.ĩ d.l.j.fuit dictũ Gandini in ſuo tra
ctat.maleſi.in cap.de toꝛmẽtis ſub rub.vtrũ cõfeſſio facta ab eo
qui toꝛtus eſt nullis pꝛecedẽtibus indicijs valeat.Et iſtud dictũ
ſequitur Sal.in l.ij.C.de cu.re.idẽ Pe.de anc.in cle.j.de hom.
Idẽ Ang.in tra.de q̃ſtio.ꝛ idẽ voluit Pe.de anc.cõſi.xxiij.in c.
in Chꝛiſti nomine,Uiſa inquiſitione.vbi dt vnũ aliud, videlicet,
ꝙ ſi apparet illũ fuiſſe iniuſte carceratũ,ꝛ poſtea cõfeſſum nõ dr̃
nec dici poteſt cõfeſſio legitima,nec ex ea cõdẽnandus eſt. Alle.
l.nouiſſime.ꝛ ꝙ ibi voluit Bal.ff.ꝙ fal.tu. aut. Bene facit l. qui
in carcerem.ff.ꝙ me.cauſa,ꝛ ꝙ ibi Bar. Contrariã opin.voluit
Bal.in l.vnica.C.de confeſ.ꝛ etiã idem tenuit Pe.de Leaza.in
cõmento c.grauis.ad fi.de depoſi.ꝛ pꝛedicta opini.Angel.com
munis eſt.Ego adduco l.Maritus,cum gl.quam ibi no.Bart.
de queſtio.ꝛ Bal.ꝛ Ro.in conſi.clxviij.ſequitur opini.Ange.ꝛ
facit mentionem de contrarietate Bal.ꝛ ad pꝛedicta vide gl.in
l.vt debitum.ꝛ ibi not.Bal.C.de here.actio.
ALEX.C.Sollicitudinem.Adde c.j.quod met.cauſ.
ALEX.Et aduerte ad illud.Bal. tñ ꝛ alij diſtinguũt vt hic per
eos.ꝛ vide no.per Bal.in l.ſi repetendi.C.de condict.ob cauſ.ꝛ
de iſta pꝛoteſtatione clandeſtina an valeat, vide ꝛ not.per Bal.
in l.clari.C.de fideicommiſſi.
f ALEX.¶Largioꝛ fieret.Cõtrariũ tꝫ Bal.in l.pacta nouiſſima
C.de par.per.per l.ſi ita ſcriptũ.ꝛ ibi Ang.ꝺ le.j.ſed Imo.in d.
§.moꝛte.ꝛ in c.cum M.Ferrarienſis.de cõſt.dt ꝙ obſtare videt̃
tex.in d.l.ſi ita ſcriptũ.ꝛ ad illũ reſp.Melius facit tex.in l.ſi qs
in pꝛin.teſtamẽti.de le.iij.Bar.in d.l.pacta nouiſſima.facit quã
dã diſtinctionẽ.Cũ op.Bar.cõcoꝛ.And.in d.c.cũ M.Ferrarien
ſis.de cõſt.ꝛ ibi etiã Imo.ꝛ Imo.in d.§.locatoꝛ hoꝛrei.vbi po-
nit vnam diſtinctionem,quã repꝛobat in l.pacta nouiſſima,pꝛe-
allegata.ꝛ dicto §.moꝛte.
g AND.BAR.¶Item reperit̃.Et vide Ang.ĩ l.moꝛa.§.ꝺ viſu.
vbi tenet iſtã theoꝛicã.ꝛ ibi refert quẽdã egregiũ virũ ſic decidiſ
ſe per iſtum tex.qui ſecũdum eum eſt ſing.ꝛ vide eum in d.l.mo
ra.ꝛ hic adde ad Moder.hic.
h ALEX.¶Non eſt bonũ.Sꝫ Bal.ꝛ Imo.hic ſuſtinẽt iſtud dictũ
Dy.niſi ſubeſſet eadẽ cauſa timoꝛis.alle.no.p Inn.in c.j.ꝙ met⁹
cau.ꝛ in cauſa matrimonij.de offi.dele.ꝛ ro.Bar.in l.ſi ob turpẽ
C.de cond.ob.turp.ca.ꝛ in l.ij.ꝙ met.cã.Iſtud dictũ nõ p
rum,qꝛ aut in veritate pꝛobatur de iuſto metu tyrãni,ꝛ
eſt ſufficiens ad reſcindendũ contractũ abſꝙ pꝛoteſtatione
non pꝛobatur de iuſto metu,ſed ſolũ de pꝛoteſtatione cla
iſta non eſt ſufficiens ad reſcindendũ contractũ dependen
voluntate duoꝛũ.Pa.de ca.ſentit iſtud ꝙ dixi,ꝛ vult con
uare Bal.ꝛ ſua ſaluatio nihil valet,attẽto ꝙ in actibus de
tibus a voluntate duoꝛũ,nihil valet ꝓteſtatio,ꝛ ſic nõ fac
ſe conſenſum,l.actione.§.renunciare.pꝛo ſocio.l.j.de li.ag
tñ Pau.ꝙ tũc ꝓteſtatio facit abeſſe conſenſum,quãdo
tu tyrãni nõ audebat pꝛoteſtari,alle.not.per Bal.in l.clari
fideic.ꝛ in l.ij.C.de his qui per me.iudi.non ẽp.Et ſic ben
do ꝙ iſta limitatio ꝓcederet,qñ iuſte timeretur tyrãnus
teſtaret̃.ꝛ no.ꝙ p l.hic ꝓbat,ꝙ qñ actus eſt metu factus
opus ꝓteſtatione,vt actus dicatur nullus.De quo vide
hic,qui dt ꝙ imo eſt neceſſaria.ꝛ alle.Bal.in rubꝛi.C.ſi
teſt.pꝛohi.ſed voluit eũ alle.in trac.ſchiſmatis. vbi ten
neceſſaria ꝓteſtatio.Sed Raph.dicit ꝙ nõ requiritur p
tio,quãdo actus conſiſtit in faciendo,ſecus ſi in omittend
loquitur.c.ſi iuſtus metus.de app.ꝛ d.l.ij.C.de his q p m
qꝛ alias ſequeretur,ꝙ nunꝙ̃ foꝛet ſuccurſum meticuloſo
tu tyꝛanni vẽdidit niſi ꝓ teſtaretur.Et an requiratur p
quãdo nõ facio actum metu,vel aliquo impedimento te
poꝛtatis in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi pꝛetoꝛi.de ope.no
quantum tenui contra.Bar.in l.ij.ff.ſi quis cautio.
i POMA.¶Nihil operaretur.Uide clarius pꝛacticã Pap
foꝛma libelli,quo opponitur contra iudicem ſuſpectum.
ver.pꝛoteſtãdo.ver.ꝛ per hoc patet.Uide Bar.cõſi.xlij.

LEX VII.

## SI quis filiũfamilias.

Inſtitutio expirat,ſi per inſtitutũ alteri heredit
ratur.h.d.Op.qd ſit locus inſtitutioni.cũ filius
heres:ſed patrẽ heredem facit,l.pꝛoxi.§.interdũ.Sol
tutus excludat̃ ſufficit qd inſtitutus ſit heres, vel ali
ſterio,vt hic,c l.ſi pater.§.ꝺ here.inſt.¶Querit gl
rũ,ſiue teſtatoꝛ ſciebat,ſiue ignoꝛabat eum filiũfam
ignoꝛaba⁊.habet locũ diſtinctio d.l.ſi pater.ꝛ hanc
de Are.Pe.tenet contrariũ,vt refert Cy.in l.cũ pꝛop
here.inſti.Dicã in l.cũ filio.j.de leg.j.tene mẽti hãc
ctio l.ſi pater.de here.inſti. que loquitur de ignoꝛant
uum,habet locum in ignoꝛante quem filiumfamilias.
1 ☞Leges diſponentes hereditatem non agnitã trãſm
ligũtur vt ille in quem tranſmittitur poſſit adire,vel rep
2 Filius ſi decedit ſciens ſe neceſſarium,etiam traſmittit b
abſtinendi.
3 Filius quãdo poſſit ſe ab hereditate paterna abſtinere,ꝛ a
habere.

a § Si filius. [a]Suus hereditatẽ patris nõ a
tranſmittit cũ beneficio abſtin
1 d.†No.qd oẽs leges que dicũt hereditatẽ non agnitã tr
debẽt intelligi vt ille in quẽ tranſmittitur poſſit adire,re
diare,immiſcere,vel abſtinere,ſicut defunctus poterat,
2 not.in l.j.C.de his qui ante aper.ta. ¶†Quero,qd ſi dec
ſciẽs ſe neceſſariũ.gl.reſpõ.idẽ,niſi ſe immiſcuerit:tunc
haberet bñficiũ abſtinẽdi heres,ſicut nec defunctus,vt
Pꝛo hoc facit tex.in l.cũ antiquioꝛibus. C.eo.vbi dicitur
fuiſſe:reſpon. per Pau.Iuriſconſul.cuius eſt hec lex
hic debetis habere gl.que dicit idẽ ſi non ignoꝛauerit.
eſt ſine non,ꝛ male,quia nõ eſſet diuerſus caſus ab eo q
3 litera. ¶†Querit gl.quid ſi velit abſtinere a paterna he
b ꝛ habere auitã an poſſit. Glo.dicit ꝙ ſic.[b] Iſta gl.dicere
tenendo illam opi.ꝙ hereditas patris non agnita non tra
tur ad extraneos,ꝙ tenet gl.in l.ſi infanti. C.e. Sed ten
opi.veriorẽ:quod hereditas patris per ſuum trãſmitt
quoſcunꝙ,hec fil.non pꝛocedit.Nã ſi nepos abſtineret
red.paterna.illa hereditas vadit ad alium,ꝛ ille alius p
dire auitam cum filius decedens illam tranſmittere ad
q;ꝛ hoc tangitur in l.qui ſe patris.C.de li.ꝛ ibi per
iſta exempla vero repꝛobat.d.vero.l.qui ſe patris.de
gi,quando filius ab hereditate paterna erat penitus
vnde eã non poterat tranſmittere.Hoc autem an her
tris non agnita tranſmittatur,dicimus plene in l.ventr

ADDITIONES.

a ALE.¶Si fili⁹.Uid hũc tex.all.p Bar.ad no.q.i l.
b ALE.¶Gl.dicit ꝙ ſic.Bal in l.qui ſe patris.vnde liber
ꝙ glo.iſta,ſed repꝛehenditur.de quo vide que ibi dixi.
1 ☞Heres heredis,an ſit heres teſtatoꝛis.
2 Heredis appellatione compꝛehendatur extraneus.

Heredum appel. an porrigatur in infinitū ad quoſlibet ſucceſſores, an intelligatur de primo tantum.
Libellus, dico me heredem Titij, procedit: licet ſim heres heredes Titij.

§. In omni. [a] Hereditatē agnitam per defunctum nō poteſt heres eius repudiare. h. d. † Not. ꝙ qui hr̄s heredi, teſtatoris eſt heres. Glo. dt, ꝙ hec regula fallit in caſib⁹. Pro cuius declaratione debetis ſcire ꝙ circa hoc occurrūt duo dubia. † Et primo, an appellatio hr̄dis porrigat tm̄ ad filios, an ad quoſcunqꝫ extraneos: De quo in l. ex facto. ſ. ad Treb. Diximus in l. Gall⁹. §. nunc de lege. ſ. de libe. ⁊ poſth. Secundo dubitatur † an appellatio heredum porrigatur in infinitū ad quoſlibet ſucceſſores, an vero intelligatur de primo tā tum. De hoc etiā diximus in d. §. nunc de lege: in pupillari tamen ſubſtitutione facta per hec verba. quiſquis mihi heres ſit, erit heres filio meo, non intelligitur eſſe heres defuncti, niſi qui ei eſt heres ex diſpoſitione ſua, l. qui liberis. §. hec verba. de vul. ⁊ pup. ⁊ l. ſciendum. de ver. ſig. Quero, † ſi ſum heres Titij per mediam perſonam alterius, an ego habeam neceſſe hoc in libello exprimere, an ſufficiat ſi dicam ſimpliciter me heredem Titij: doc. in l. fi. C. de here. inſtit. dicunt ꝙ non eſt neceſſe, quod eſt verum. alleg. pro hoc caſum. l. paterfamilias, de vulg. ⁊ pupill.

ADDITIO.

ALEX. ¶ In omni. Vide hunc text. all. per Bar. in l. is poteſt. in pe. q. ſ. e. ⁊ inducitur hoc ad q. p Rom. de qua per Bal. in l. fi. de he. inſti. ⁊ Bar. conſ. inci. And. Mar. teſtator grauauit heredem ad cōſtruendam capellam ſub pena, an tranſeat ad heredē heredis. facta tm̄ diſtinctione an ſub nomine proprio, an appellatiuo, ⁊ an preceptum de non alienando aliquam rem tranſeat ad heredem heredis. de quo per Bar. in l. Lucius. §. Sempronie. de lega. iij. vbi diſtinguit. vide etiaꝫ no. per Bar. ⁊ Imo. in l. filiuſfam. §. diui. de le. i. ⁊ Bal. in l. ij. C. qui ad liber. procla. nō poſ. per Sal. in l. voluntas. C. de fideicomm.

LEX VIII.

☞ Statuto ſtante ꝙ mulier, non poſſit contrahere, an poterit hereditatem adire.

More. [a] Qui non pōt ſe obligare, nō pōt adire. † h. d. Hec lex in modo legendi aliquam varietatem hꝫ, tamen omnes lecture tendunt ad idem. Secundum primam primo ponit vnuꝫ dictum. ſecundo aliud ſimile. Tertio modo poteſt legi, ⁊ melius. Primo ponit vnam regulam generalem. ſecundo infert ad ſpeciem, ⁊ ſic poſui ſummarium. ⁊ ſm̄ hanc lect. quam poſui, eſt caſus queſtionis de ſtatuto prohibente mulierem obligari [b] ſine conſenſu conſanguineorum, vt non poſſit hereditateꝫ adire ſine conſenſu eorū. Sed quero [c] quid † ſi ſtatutū dt ꝙ mulier non poſſit ꝯtrahere ſine conſenſu conſanguineorū, an poſſit adire hereditateꝫ. Et vr̄ ꝙ ſic, q2 adire non eſt ꝯhere, ſed quaſi contrahere. l. apud Iul. in fi. ex qb. cau. in poſ. ea. ⁊ l. ex maleficijs. §. hr̄s. de actio. ⁊ obli. In contrarium [d] vr̄, q2 pro contractu accipitur omnis obligatio, l. omnē. ſ. de iud. ¶ Quero hic loquitur de pupillo, quid de adulto. videbitis in l. impuberibus. in fi. ſ. eo. ¶ Quero quādo pupillus eſt ſuus, vtrum habeat beneficium abſtinendi, dic vt in glo.

ADDITIONES.

¶ More. Pro concordia aduerte quod Bar. alleg. per doct. vitio contradictionis inuolutus, prout ſentit Iaſ. in §. omnium. Inſt. de ac. circa illud. vcꝫ, an in ciuitate vbi ſtatuto cauet ꝙ mulier nō poſſit ꝯhere ſine conſenſu ſuorum propinquorum, poſſit mulier adire hr̄ditatē. ⁊ Bar. in l. apud Iul. §. fi. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eatur. tenuit aperte ꝙ ſic, q2 adire nō eſt proprie ꝯhere, vt probatur in d. §. fi. ⁊ in l. ex maleficijs. §. heres. ff. de actio. ⁊ obl. ſed ſtatuta debent capi in propria ſignificatione, ergo, ⁊c. ꝯctus tm̄ alleg. in hac l. more, referunt doc. in l. mutuum. h. tit. Et intellige ſi ſtatutum loquitur de cōtractu. Secus ſi de obligatione. de quo p Raph. in hac l. more. Tu dic ꝙ Bar. nō eſt ſibi cōtrarius q2 verior eſt opi. quā tꝫ in d. §. fi. Nec obſtat ꝙ hic dicit in hac l. more. eo, q2 hic nō firmat pedē, imo gratia diſputationis arguit pro vtraqꝫ parte. Vt ergo euitet ꝯrietas, que eſt vitanda inquātum fieri pōt. l. vnica. C. de inof. do. cuꝫ ſimi. eſt dicendū ꝙ Bar. potius iſtud dixerit gratia diſputationis, quā ꝙ mutauerit opi. ALEX. Non poteſt adire. Not. ꝙ Ang. hic dicit ꝙ per ſtatutuꝫ induci poſſet ꝙ pupillus adeat hereditatem ſine tutoris authoritate. In contrarium facit id quod refero in l. moribus. in prin. ſ. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ an conſuetudine poteſt induci ꝙ pupillus adeat hereditatem ſine tutoris authoritate, vide Angel. hic. ⁊ Bald. in d. l. moribus. ⁊ Roma. qui tenet contra Ang. ⁊ adducit multas rationes. Inſuper queſiuit etiam Roma. hic, an dicto ſtatuto ſtante poſſit pupillus petere in integrum reſtitutionem: ⁊ dicit ꝙ ſic, niſi ſtatutum diſponeret ꝙ pupillus non poſſet adire, ſeu contrahere ſine conſenſu tutoris: tunc enim non poſſet in integrum reſtitutionem petere aliter quam vt maior. ita dicit diſputaſſe Iacob. Butri. quem refert Bald. in l. cum lege. de arbit. ſed vide Bald. in authent. ſi captiui. de epiſcop. ⁊ cleric. ⁊ vide Bald. in l. exigendi. C. de pc. ⁊ in l. fi. C. qui legi. pſo.

b P. PAV. P. ¶ Mulierem obligari. Vide late Lom. cōſ. clxxvj. inci. ſtatuto Papiē. p totū. vbi etiā ponit an habeat locū in aditione hereditatis. de quo vide late Iaſ. in l. Barba. ff. de of. pre. ⁊ Alex. conſ. lxxvj. vol. v. Ang. conſi. cccxvij. ⁊ an habeat locū in donatiōe cā mortis vide Soc. cōſ. clxxij. ver. quinta difficultas. vol. ij. quid ſi mulier contrahat vtiliter, ſed ſine conſenſu agnati, an cōtractus valebit, vide Barb. in c. edoceri. no. lxiiij. extra de reſc. Ale. hic. ⁊ Bal. in l. neqꝫ. C. de contrah. ſtipu. an autē habet locū ſi mulier ꝯhat cum agnato, vide Barb. cōſ. xliij. no. xxvj. ad fi. vo. j. vt poſſit preſtare conſenſum in eius fauorē, vide Barb. in c. poſſeſſiones. no. viij. extra de re. ec. nō alie. ⁊ Abb. in c. ſicut noſtris. no. v. extra de iureiu. quid ſi nō interuenit cōſenſus, ſꝫ mulier iurauit ſeruare contractuꝫ, an valebit, vide Lor. conſi. xviij. in litera. l. vol. iij. Soc. cōſ. lxvj. ver. ſecūdo prin. vol. j. ⁊ in conſi. ccxxix. ver. cōfirmantur pmiſſa. ⁊ in conſ. cclxxix. col. j. ver. quibus pſuppoſitis. vol. iij. quid ſi mulier contrahat cum conſenſu agnati qui eſt de ordine. S. Fran. an valebit ꝯctus. vide Barb. in c. pro debilitate. no. lxiij. extra de of. deleg. an ex lapſu x. ann. pſumatur talis ſolēnitas interueniſſe. vide Iaſ. in l. ſi certis an. ver. nono. facit C. de pac. ⁊ an habeat locū qn̄ mulier obligat ſe p dote alicuius mulieris, vide Dec. cōſ. xxxij. in j. col. ⁊ an habeat locum qn̄ mulier cōtraheret noīe alieno, vide Iaſ. in l. exigendi. verſ. tollit aliud ſimile. C. de cura. ⁊ an requiratur cōſenſus proximiori vel remotioris agnati. vide Iaſ. in l. ſuggeſtioni. ver. p eundē ter. C. de ver. ſig. quid ſi donet ad pias cās an habeat locū ſtatutū, vide Ab. in c. relatū. no. clxxj. extra, de teſ. quid ſi cōſenſus agnati requiſitus a ſtatuto in cōtractu, adhibeatur poſt contractū an valebit: vide Hyp. Marſi. in l. queſt. habēde no. xxxiiij. ff. de qō. ⁊ late Ale. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. he. an ſtatutū habeat locū in muliere donāte extra territoriū vide Are. cōſ. liiij. an ſufficiat ſi agnatus ſciat, lꝫ non cōſentiat. vide Ro. ſing. dcclxxxviij. an habeat locū qn̄ mulier contraheret cuꝫ patre. ſecūdo alio pſente. vide Ale. cōſ. cvj. in fi. vo. j. ⁊ ij. Soc. in l. frater a fratre. no. xxvij. ff. de cōdi. indebi. ⁊ Iaſ. in l. pſes. ver. ego vltra oēs. C. de tranſ. an habeat locū in procuratore mulieris: vide Ale. conſ clxxxix. per totū. vo. vij. ⁊ an habeat locū in ſororibus tertij ordinis. vide Bal. cōſ. lx. vo. v. an poſſit pmittere dotē ſine cōſenſu agnati, vide Bal. in trac. de dot. An iſtud habeat locū in ꝯtractu in quo aliquid veniret querendū agnato. vide Ang. cōſ. cxliij. an militet diſpoſitio ſtatuti, ſi mulier quietet maritū in fructib⁹ bonorū paraphernaliū. vide Ro. cō. cccxciij. in j. col. an huic ſtatuto poſſit renūciari. vide Bar. cōſ. xij. no. iiij. j. vol. ⁊ in c. nonnulli. no. xxiiij. de reſc. ⁊ an intelligatur de vero cōſenſu, an per taciturnitatē vide Fel. in c. inſinuatū. vbi multa ponit. extra de Simo. itellige tm̄ de obligationib⁹ principaliter introductis nō in cōſequētia, nec ex diſpoſitione l. nec in mr̄nio, vt per Soc. cōſ. lxx. no. xxiij. ⁊ xxv. vol. iiij. an mulier que nō ſeruat ſolennitatem ſtatuti, ſit ſaltē obligata in foro cōſcientie vide Iaſ. in l. poſt diuiſionē. col. fi. ad fi. C. de iur. ⁊ fac. ign. an iſti qui debēt cōſentire debeāt habere cauſe cognitionē, an ꝯctus ſit vtilis, vide Bar. in l. ſed ſi hec. §. ait ptor. ff. de in ius voc. Pau. de Caſt. cōſ. xcj. Fel. in c. eccleſia. de cōſti. ⁊ ſi apparet de euidēti leſione nō ſufficeret talis pſentia etiā ſi interueniſſet cauſa cognitio, vt p Pau. de ca. cōſ. clxxvij. Ar. in cōſ. xxvij. Aduerte tm̄ ꝙ lꝫ cōtractus alias factus nō valeret, ⁊ dominiū rei remaneret penes mulierē, tm̄ q2 iſtud eſt de iure ſpeciali ſi res periret, periret emptori. ⁊ nō domino. vt per Iaſ. in l. j. C. de iur. empt. ⁊ mulier ſola pōt allegare cōtractum nullū, qn̄ nō eſt ſeruata forma ſtatuti, vt p Are. cōſ. lxxvij. vide etiā Bar. in ſim. cōſ. cliiij. ⁊ late Fe. in c. dilectus fili⁹. el ij. ver. Tertio fallit. de reſc. nō autē ali⁹, vt p Pau. de caſ. cōſ. cxix. vol. ij. ⁊ mulier ipſa dꝫ regrere cōſenſuꝫ ius dicētis, lꝫ ſtatutū dicat, poſſit, vt p Bal. in l. Gallus. in j. op. ff. de lib. ⁊ poſth. vbi doc. de hoc ſtatuto multa dicūt. Itē ꝙ tale ſtatutū nō procedat in hr̄ditate opulēta, vide Ang. cōſ. vlt. ſub no. cccxvij. Itē p opi. Bar. hic, ꝯ communē vide Are. in §. hr̄s. Inſ. d ob. q̄ ex quaſi. Ro. cōſ. xij. in fi. ⁊ Iaſ. in l. ſiue apud acta. C. de trāſ. Itē ꝙ tale ſtatutū non habeat locū, qn̄ facit actum ſibi vtilē. vide Soc. in l. cōditionib⁹. in prin. ff. de condi. ⁊ demō. vbi ſequitur Ro. cōſi. cccxvj. de quo habes ad Barto. in l. cum ij. §.

cam tranſactionem. ff. de tranſactio.
c POMA. ¶ Sed quero. Uide Roma. cõſi. cxv. alias. cvj. Iaſ. in l. Barb. ff. de of. pret. vbi tꝫ ꝙ iſtud procedat etiã in contractu. ⁊ Uide Ang. de are. in §. heres. hic alleg. Ro. cõſ. xij. ⁊ conſilio ccvij. Pan. in c. qua fronte. de appel.
d ALEX. ¶ In cõtrarium. Contrarium tꝫ Ang. hic. ⁊ idem Bar. in l. apud Iul. §. fi. quib. ex cau. in poſ. ea. ⁊ in l. Labeo. §. cõtractus. de ver. ſig. Uide que dixi ſ. in l. mutũ. vbi alleg. Abb. in c. qua fronte. de ap. Adde ꝙ iſtud in ſimili decidit Bal. in l. contractus. de fide inſt. Idẽ Bal. in l. ſi donationis. qđ metus cauſa. c in l. ſiue apud acta. in j. col. C. de trãſ. vbi ſtatutũ loquẽs in cõtractu, non hꝫ locum in liberatione. Unde male videtur loqui Bal. in rub. de pac. ⁊ melius locutus eſt Bar. ⁊ poſt cũ Ang. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pa. Bene facit deciſio Imo. in l. ſtipulationũ alie. de verb. ob. vbi dt ꝙ ſtatutum loquens de contractu, non hꝫ locũ in ſtipulatione, qꝛ non eſt proprie ꝯctus. Et vide Bal. in l. pactũ qđ dotali. in vlt. col. C. de colla. tñ eſt verior Bar. opin. ⁊ ipſemet Bal. tenuit contrariũ in d. l. ſiue apud acta. videatis nota. per Bar. in l. iij. ij. contrarium. ſ. de contrario iudicio tut. ⁊ in l. tres fratres. de pac. ⁊ in l. iuriſgen. in prin. in j. colum. co. ti. Sal. in l. j. C. de pac. ⁊ ad materiã videndus eſt Bal. in l. j. in prin. de contrario iudi. tut. vbi dicit ꝙ ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, non habebit locum, ſi mulieris negotia adminiſtrauerit aliquis, ⁊ mulier eſt effecta locupletior ex ea, ideo dt Raph. qđ ſtante dicto ſtatuto, non intelligitur de obligatione, qꝛ quis eſt locupletior effectus. l. iij. ſ. cõmodati. ⁊ l. pup. de autho. tutor. Idem etiam quod non intelligitur de obligatione que ex quaſi delicto naſcitur, ⁊ vide in materia Ang. in l. cum in vna. §. tutor pupillo, de app. Adde que conſuluit Ro. conſ. cccclij. ſcꝫ, qđ ſtante ſtatuto quod minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolennitate, qđ ſi ſe obligauerit vtiliter abſq; illa ſolennitate, quod valet cõtractus, ⁊ quod ipſe conſuluit conſi. ccccxiij. ſcꝫ quod mulier prohibita ſe obligare ſine conſenſu ſuorum conſanguineorum, poterit maritum liberare de fructibus rerum paraphernalium, qꝛ per hoc non efficitur pauperior.

§. Impubes. Seipſum ſummat. Op. extra gl. adeũdo quis obligatur, l. ſ. proxi. ſed propria poteſtas nõ eſt ſufficiẽs ad obligandũ, l. fi. §. j. de ver. ob. ergo, ⁊c. Sol. in illis caſib' in quibus filius tantũ obligatur, authoritas patris nõ eſt ſufficiens, vt in cõtrario. Sꝫ vbi agit de querenda hereditate que patri debeat queri in totum, ſm illa tẽpora: vel hodie quo ad vſumfructum, ⁊ ſic pater eſt legitimus adminiſtrator. tunc patria poteſtas eſt ſufficiens, vt hic. ⁊ l. ſi infanti. C. de iur. delib. Declaraui in d. l. fi. §. j.

LEX IX.

1 Scire qualiter dicamus, ⁊ ſcire cadit in pupillum.
2 Tutor ſolus non adit pro pupillo.
3 Hec lex habet locum in pupillo proximo infantie.
4 Furioſus an poſſit adire vel curator pro eo remiſſiue.

Pupillus. Pupillus põt cũ tutoris authoritate hẽditatẽ adire. h. d. Primo declaremus tex. quid vult dicere, vt cãm acquirende hẽditatis nõ intelligat. Rñ. id eſt, nõ intelligit vtrum ab inteſtato, vel ex teſtõ ſibi tanq; voluntario, aut neceſſario, deferatur hereditas. Iſta enim dꝫ ſcire heres, l. his põt. ⁊ l. is qui
1 putat. j. e. ¶ † Quero quid vult dicere tex. neq; enim ſcire, neq; diſcernere talis etas põt: R. eſ. ſicut in iudicio primo fit examinatio, poſtea iudicatur, ita in intellectu noſtro primo fit examinatio, poſt examinationẽ iudicat intellectus. Iſta examinatio dicitur diſcernere: iſtius nõ eſt capax pupillus. Itẽ ſcire dicimur id qđ per cãm cognoſcimus, ⁊ per hanc examinationẽ factã, cuꝫ nobis, vel cum alio. l. in bonorum. de bon. poſ. iſtud ſcire non hꝫ pupillus. Et hoc vult tex. cũ dicit, neq; ſcire, neq; diſcernere põt. Quero quid vult dicere, nõ magis quã furioſus. Reſp. illud ſcire, quod procedit ab illa examinatione quã ſ. dixi, ſicut nec cadit in furioſum, ita nec in pupillũ: ſꝫ vnũ ſcire ſumptũ magis largo modo cadit in pupillũ, qđ nõ cadit in furioſum. Scit enim ꝙ bonũ eſt habere aliqd, ⁊ malũ nõ habere: ⁊ quedã multa vniuerſalia que habentur ſine examinatione, ⁊ ideo pupillus naturali-
2 ter obligatur, que in furioſo nõ cadũt. ¶ † Itẽ intellige hãc l. in pupillo qui nõ eſt proxim' pubertati, ſed infantie, qđ innuit tex. ꝙ dicit, ſi fari poſſit, alias ſi eſſet proximus pubertati poſſet ſcire, ⁊ cognoſcere. Eſt enim doli capax, vt in l. j. §. an in pupillũ. ſ.
3 depo. ⁊ de nou. l. j. in fi. Quero, qd in infante. Dic vt in gl. † Quero vtrũ tutor ſolus poſſit adire ꝓ pupillo: glo. dt ꝙ nõ, ⁊ bene. C.
4 de in. deli. l. potuit. † ¶ Quero vtrũ furioſus põt adire heredi-
5 tatẽ vel curator pro eo. Dicet j. de bo. poſ. infan. dela. l. j. † Quero vtrũ curator ſufficiat, ſcꝫ pupillo ad adeundã hereditatẽ: Dic
6 vt in l. cũ in vna. §. tutor. de ap. † Querit gl. an ſolus tutor poſſit petere bo. poſ. Et dt ꝙ ſic, l. tutor. de bon. poſ. concor. ...
puberi. ſ. de tu. ⁊ cu. da. ab his. ⁊ in d. l. potuit. C. de in. deli. ...
trarium no. C. qui ad bo. poſ. l. bonorum. vbi dicit idem in bo...
poſ. ꝙ in hereditate. ſed hanc gloſ. cum ſi. tenet Dyn. ⁊ ...

LEX XI.

a Impuberibus. a Hec lex ſeipſam ſum... mat. ⁊ gl. legit ... ne, qđ non eget ſuppletione. Ponit enim vnam ... Placen. quam reprobat, poſtea ponit veritatem ... collige breuiter ſic. Aut loquimur de impubere, aut de a... Primo caſu, aut ſe non immiſcuit, ⁊ ſine dubio poteſt ſe ab... re. Aut ſe immiſcuit, ⁊ tunc aut ſine tutore, ⁊ idem. Aut cu... re, ⁊ non poteſt ſe abſtinere, niſi per reſtitutionem. Aut loq... in adulto, ⁊ tunc aut non habebat curatorem, ⁊ ita loquitur lex, qꝛ ita demum poteſt ſe abſtinere ſi nõ ſe immiſcuit: ſed ... immiſcuit non poteſt ſe abſtinere, niſi per reſtitutionem. ... curatorem, ⁊ tunc diſtingue, vt in pupillo in prin. dicitur, ... cum eius authoritate, aut non.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Impuberibus. Ang. dicit ꝙ gl. hic inepte lo... tñ dicit ꝙ Bon. omnes maiores xxv. an. appellantur pu... ⁊ dicit Raph. ꝙ neſcit an de facto ita dicatur Bon. imo d... poteſt gl. excuſari, vt in puero centũ ann. Alleg. l. pueri. de ... ſign. ⁊ tex. ij. q. vij. preal. ca. Pau. vbi allegat puerũ centũ ... maledictum. Quis dicat puer paruus, vide l. fi. ⁊ ibi Bal. ... infan. expo. Et quis dicat puer, iuuenis, adoleſcens, ⁊c. vi... in l. ſi infanti. C. de iure deli. ⁊ Ang. in l. quidã ita. ad Tre... l. non aliter. §. j. de legat. iij. vbi bonus text. ⁊ Bald. in l. ... cinen. propin.

LEX XII.

Si qui ſe. Suus qui ſe non immiſcuit ... ſtinere beneficio edicti ... aditione indicis. hoc dicit. Hanc legem decla... fra eo. l. neceſſarijs.

LEX XIII.

1 Bonorũ poſſeſſio quando poſſit peti pendente co...
2 Conditio poteſtatina in pſona heredis poteſt eſſe d... ſuſpendat aditionem ⁊ repudiationem.
3 Repudiatio facta pendente conditione non valet, ... tione exiſtente poterit hereditas adiri.

a Si qui heres. a Illa hereditas ... tione amittit, ... ri, ſecus ſi adiri nõ poterit. h. d. ¶ Op. ... minatio hoc ita verũ eſt, non ſit neceſſaria ... batur in verbo delata. ſ. poſito, l. delata, de ver. ſig. ... j. gl. Op. ꝙ poſſit repudiare. j. de curat. bo. dan. l. j. ... j. eo. Soluit gl. ibi coram iudice. ſed extra iudicium ... Idẽ no. in legibus contrarijs. Op. de l. nec is. §. j. ... per l. illud, j. eo. ¶ Op. de l. j. C. de pac. Sol. per pactu... ſe obligare, ⁊ renunciare hereditati delate ſibi ſub condi...
b nõ ſimplici b renunciatione, rationem ponit ibi gl. Op. ...
1 poſ. ſm tab. l. ij. §. ſi ſub conditione. Dicit gl. † aliud in bo... poſſ. quam in hereditate. Tu vero dicas clarius. Pende... ditione poteſt peti bonor. poſſ. ſm tab. que non tribuit ... modo põt illa bon. poſſ. repudiari: ſed bon. poſſ. que tri... non põt peti pendente conditione, neq; repudiari, ⁊ ſic ... in hereditate. Op. ⁊ intro gl. iij. ſ. de condi. inſti. l. j. Sol... gas hic, qualis qualis conditio que tñ non ſit talis que ... pro non appoſita, ⁊ impleta: ſed ſit talis que ſuſpendat ... tionem. Op. ꝙ conditio que conſiſtit in arbitrio heredis ... ſpendit aditionem, l. verba. de cõſti. inſt. ergo nec repudi... vt ſi in alterius voluntatẽ conferatur, ipſo iure non valet ...
2 tio, l. illa inſtitutio. de her. inſt. Sol. † cõditio poteſtatina ... na heredis poteſt eſſe duplex. Uno modo expreſſe, ſi vo... in herede extraneo nihil operatur, in ſuo operat qꝛ fa... voluntariũ, tñ aditionẽ nõ ſuſpẽdo, ergo nec repudiatio... modo nõ loquitur hec lex. Secũdo modo põt cõferri in ... tẽ eius velatã, vt ſi decẽ dederit, ⁊ ſimil. ⁊ tunc aditio... dit: ⁊ idem in extraneo. l. ſi quis Sempronium. de her. ... nonnunquam. de condi. ⁊ demon. Dicit tñ gl. ꝙ ſi ap... voluntatem alterius per hec verba, ſi arbitrabitur, ... ba volet, ꝙ ſemper eſt pura, l. j. de leg. ij. hoc non eſt ... apponimus per ſi, facit conditionem, d. l. j. de lega. ij. ...
3 tis. † Quero repudiatio facta pendente conditione non ... poſtea exiſtente conditione poterit adire: Certe ſic, l. nec... j. eo. Ad hanc legem facit l. ſed ſi ⁊ de ſua conditione, j. ... (Et contra facit l. ſi quis ſub conditione. j. ſi quis omi...

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Is q heres. No. ſꝫ Pau. de ca. dicentẽ hic ...

per.⁊ ſi arbitrium probari,ꝙ ſi quis fuerit inſtitutus ſub cond.
poteſta.⁊ ea pendente dixerit nolle conditionem implere non
videtur per hoc repudiare,⁊ ſic poterit poſtea adire,l.nec is,§.
j.ȷ.co.⁊ ibi Barto..⁊ ſic eſt tex.opi.pro eo de quo dubitauit Ra
pha.in l.ſuus quoq;.§.ſed ⁊ ſi filio,de here.inſti.
ALEX.¶Non ſimplici.Nõ valet renuntiatio iuri de futuro.di
cebat tñ Rap.hic not.ſe putare ꝙ cum iuramento valet talis re
nun.Alle.Bar.in l.is poteſt.ȷ.co.tñ Bar.ibi non dicit hoc, ſed
hoc confirmo.q2 dicimus ꝙ iuramentum habet vim clauſule,ſi
non valet ⁊c l.cum pater.§.filius matrẽ,de leg.ij.ꝑ ſi fieret pſen
ti,talis renuntiatio valeret in vim pacti,ergo.⁊c.idem videm⁹in
ſimili queſt. mota per Pet.de Ancha.in ca.quamuis de pact.
in vj.an ſi filia renuntiauit future ſucceſ.patre abſente ſecũdum
formam,d.c.quãuis,an valeat.⁊ dicunt doc.per d.l.j.C.de pac.
non valere ⁊ maxime Pet.de Anc.tamen ex quo alleg.illam l.j.
vbi pactum fuit inter fratres factum,videtur de mente eorũ eſſe
intelligere ꝙ ſaltem fuerunt aliqui preſentes,qui illam renun.
acceperant,quamuis pater abeſſet,⁊ per conſequens non valuit
q2 inducebatur votum captande mortis,ſed in caſu noſtro non
erat preſens ille,per quem inducebatur tale votum,⁊ ſic illa de
ciſio non obſtabit.Facit etiam pro dicto Raph.q2 iuramentum
quoties põt ſine interitu ſalutis eterne ſeruari,ſeruandũ eſt.c.
ſi vero.⁊c.cũ contingat,de iureiu.Item facit,q2 per iuramentũ
abſenti ius queritur ſm glo.fin.in c.quoties cordis.j.q.vij.quã
alleg.Bar.in rub.C.res inter alios acta.⁊ in l. pactum quod
dotali.C.de col.⁊ ego dixi in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de
ver.ob.Si ergo ius queritur abſenti.ac ſi fuiſſet preſens,vz illa
renuntiatio,tanquam pactum liberatorium,per l.j.C.de pact.
cum ibi nota.teneatis menti,q2 non memini me legiſſe iſtud.di
ctum alibi.

## §. Siquis.

Qui non poteſt adire propter dubitationem ſeu inhabilitatem,ſeu condition. de pendentiam.non poteſt repudiare.hoc dicit.

1 ☞Pater non poteſt repudiare hereditatem,in qua filius fuit inſtitutus contemplatione ipſius ſine conſenſu filij.
2 Pater poteſt cogere filium vt repudiet.
3 Repudiatio tacita que fit per curſum temporis facta per filiũ preiudicat patri.
4 Repudiatio patris ſi nõ valet an preiudicet ipſi patri,licet non filio.
5 Tacita repudiatio filij in hereditate aduentitia nocet patri.
7 Hereditas matris olim patri quirebatur pleno iure.
8 Repudiatio patris in quo noceat filio.
9 Dominus hereditatem ſeruo delatam repudiat,⁊ que ſit ratio.
10 Legatum vel fideicom. relictum filio vel ſeruo quando pater vel dominus repudiare poſſit.
11 Juſſus patris in repudiatione fienda per filium dz precedere.
12 Filio coacto per patrem repudiare ſubueniretur poſt mortem patris.

## §. Neque filius

Seipſum ſummat.Quero nun
quid iſte §.habeat locum in he
red.patris profectitia,vt ſi filius fuit inſtitutus contemplatiõe
patris gl.dicit ꝙ ſic,ꝙ ſine dubio eſt verum, q2 tunc filius non
1 poteſt repudiare ſine conſenſu patris.Sz an pater poſſet † repu
diare ſine cõſenſu filij.eſt dubium.Et videt̃ ꝙ ſic,q2 profectitia
queruntur patri pleno iure,l.cum oportet.C.de bo.que lib.er
go ſi pater repudiet nõ nocet filio.Et ſic ratio hui⁹ legis ceſſat,
que eſt ne alter alteri noceat,⁊ hoc quidã tenent.Probo fortiori
ratione,quando filius inſtituitur contemplatione patris, etiã ſi
adeat fact⁹ ſuiiuris,cogetur patri reſtituere,vt l.aditio.ĩ fi.ȷ.e.
⁊ l.liber.de acqui.re.do.⁊ l.quidã cũ filiũ.de here.inſti. ¶Con
a trariũ[a] teneo,nam pater tunc nõ põt adire ſine filio,l.ſi quis mi
hi bona.§.iuſſum.ȷ.eo,ergo nec põt repudiare,l.is põt.ȷ.eo.Fa
teor tamen,ꝙ tunc põt cogere filium vt rẽpudiet,arg.l.idemq;
verſi.ſi cui mandauero.ſ.manda. vbi hoc optime probatur.Et
2 hoc verum in repudiatione expreſſa:in repudiatiõe† vero tacita
que fit per curſum temporis ſtatuta a lege communi,vel muni
cipali,vt forte a iudice,preiudicaret patri,l.fi.ȷ.qs or.in bo.poſ
ſer.⁊ ꝙ no in l.ij.C.de re.bo.poſ.Et in iſtis profectitijs per iura
noua nihil eſt immutatum hodie,vt no.in d l.fin.ȷ.quis or.in bo.
3 poſſ.ſer.†Si tamẽ tẽpus ſtatueretur a iudice, tunc nõ poſſet ho
die ſtatui filio,niſi patre conſentiente iudici,l.cum nõ ſolum.§.
4 neceſſitate.C.de bo.que lib.¶†Sed quero,licet[b] repudiatio pa
b tris non valeat.an preiudicet ipſi patri,licet non filio: Gl.dicit
ꝙ ſic,l.ij.§.denicq;.ſ.de ſo.ma.Jac.de Are,⁊ bñ,ꝙ illa loquitur ĩ
5 in pacto,nõ repudiatiõe ſimplici,per no.ĩ hac lege ĩ prin.†Que
ro an hec lex habeat locum in hereditate aduẽtitia.Gl.dt ꝙ ſic
ſpecialiter hodie vbi apud filiũ.debet remanere ,ppzietas ve
rũ eſt ꝙ olim,⁊ hodie non poterat filius repudiãdo nocere patri
nec pater filio,vt hic,⁊ ſic repudiatio nõ valebat.Hodie vero eſt
immutatum ꝙ repudiatio valet quantum ad repudiantem,⁊ al
teri remanet plenum ius adeundi,l.fi.§.vbi autem.C.de bo.que
6 libe.⁊ hoc eſt verũ in repudiatiõe expreſſa.¶†Sed qd dicemus
de tacita.Hoc.in l.j.C.qui admit.ad bono.poſſeſ.dicũt,qd ſicut
expreſſa repudiatio filij non nocet patri,ita nec tacita.Alij dicũt
contrarium,ꝙ puto verum,q2 d.l.cum nõ ſolũ , loquitur in repu
diatiõe expreſſa,ergo tacita.licet ſit eadem rõ tñ iura antiqua,
non ſunt correcta,l.precipim⁹.in fi.C.de app.Preterea moriẽ
te filio,pater priuatur hereditate ſibi a filio delata,niſi fili⁹ eſſet
infans l.ſi infantis.C.de iur.deli.eodem modo adueniente hoc,
caſu ꝙ fili⁹ negligat,pater priuatur hereditate,niſi forte fili⁹ ma
litioſe negligeret,tunc enim illa diceretur repudiatio.vt ȷ.e.l.
7 recuſari ⁊ haberet locũ d.l.cũ nõ ſolũ.¶†Quero nunqd heredi
tas.materna olim querebatur p filiũ patri pleno iure.an apud fi
liũ remaneret proprietas:Gl.hoc tãgit pleni⁹ hic ⁊ alibi aliquã
tulum in l.ij.C.de repet.bonor. poſſeſ.alibi non tãgitur,ꝙ recor
der.Quidã dicebant ꝙ olim filio remanebat proprietas,qd gl.
reprehẽdit,q2 hoc primo fuit introductum per Conſtantinum in
l.j.C.de bo.ma.Rich.Malum tractat hic hãcq.⁊ non facit de
his mentionem.gl.Cy.recitat eã in l.j.C.qui admit.ad bo.poſ.⁊
tz ꝙ de iure antiquo hereditas matris non acquirebatur patri
pleno.iure,p l.fili⁹.in prin.de inoffi.teſta.⁊ ibi dicebat ipſe eſſe
caſũ Cõtrarium eſt veritas ⁊ ſic eſt vera gl. hic polita caſus eſt in
c l.filiuſſa.ȷ.e.⁊ l.ſi filius meus.ȷ.ti.ij.Ad d.l.filius.[c] Reſpõdeo ꝙ
quoddam eſt ius querendum⁊,illud non queritur patri per fili
um etiã de iure antiquo quod appareat,q2 ius adeundi reſidet
in perſona filij ⁊ non tranſit in pſonã patris multo minus ius ꝙ
eſt preparatoriũ illius iuris querendi,vt querela inofficioſi que
parat ius adeundi : ſed aditione ſecuta.ius proſequendi ſcili
cet actio ſeu hereditatis petitio,ſeu ius retinendi, querit patri
8 incõtinẽti l.placet ȷ.e.⁊ l.ſ.alle. Diceres†tu,ſi in effectu adit.ſe
cuta queritur,patri quid nocet,filio ſi pater repudiat: Reſpon.
ꝙ filius hz ſpẽ ſi efficiatur ſui iuris antequã adeat,vt queratur ſi
bi ſicut ſeruo,ſcilicet ſi antequã adeat manumitteretur.Inſti.de
heredi.inſti.§.alienus.Ita dicit gl.hoc probatur in l.renitente.
9 C.de iu.deli.¶Quero quid[d] in ſeruo an hereditatẽ ſeruo delatã
d dominus poſſit repudiare.gl.dicit hic ꝙ ſic,⁊ ita tenet in l.lega
tum ſeruo,ȷ.de leg.j.Sed que eſt ratio.Cy inuoluit ſe multo.in
d.l.renitente.Domini,nõ video legẽ que hoc dicat ꝙ hereditatẽ
delatam ſeruo dominus repudiet ⁊ in contrarium habeo ratione
quia dominus non poteſt adire,l.cum proponas.C.de here,inſ.
ergo nec repudiare,l.is poteſt.ȷ.e.Non ob.l.j.§.per ſeruũ alle.
hic in gl.quia ibi loquitur in bono.poſſeſſ.non. in here.que fa
cilius cõfertur..Conceditur enim condit.pendente.l.ij.§.ſi ſub
conditio.de bon.poſſ.ſecundum tab.⁊ ideo de facili cõceditur
dñio poteſtas repudiandi,patri autem hoc non conceditur.l.ij.
C.de repud.bo.poſſ.Ratio,q2 filius expectat effici ſui iuris p
emancipationem,vel per mortem ſui patris,l.ſcripto.ȷ.vnde li
be.⁊ l.nã,⁊ ſi parẽtibus de inoffi.teſta.Seruus aũt nõ expectat
libertatẽ,niſi ex voluntate domini,vnde mortẽ eius expectare
ꝙ eſſet abſurdum,q2 caſum aduerſamq; fortunam,⁊c. l.inter ſti
pulãtem.§.ſacrã.ȷ.de verb.obli. ⁊ ideo ſi poneremus illũ ſeruũ,
eſſe ſtatuliberum,forte dominus nõ poſſet repudiare bonorum
10 poſſeſ.ſicut nec in filio.¶†Quero quid in legato vel fideicom
miſſo relicto filio,vel ſeruo.Reſpondeo ſcdm iſta iura.ſi legatũ
erat purũ ſtatim dies eius cedit,⁊ queritur,vel patri,vel domi
no.l.que legata regu..iuriõ pater vel dominus poſſet repudia
re:l.legatũ ſeruo.ȷ.de leg.j.Sed ſi eſſet relictũ ſub conditione,
non poteſt repudiare.Ita intelligit gl.C.de fideicõ.l.ex.repu
diatione.hodie in filio eſt immutatum,vt in aduentitijs quera
11 tur ſibi quoad proprietatẽ,⁊ pater non preiudicet ei. ¶†Que
e ro dz hic ſimul poſſunt [e] repudiare,an debeat procedere ius ſi
cut in aditio.Dico,ꝙ ſic.l,Jul.ȷ.de leg.j.Dixi in l.qui in alien.
in prin.ſ.eo.¶Item quero,quid ſi pater coegit filium ad repu
diandum vna ſecum.Reſpondeo ſubueniretur ſibi poſt mortẽ
patris,l.apud Celſum.§.fi.de doli. exceptione.

ADDITIONES.

a POMA.¶Contrarium.Item tenet Bartolus.in l.j. C. qui admit.
b ¶Sed quero.Contrarium tenet Alex.in l.legatum.ff.de le.j.p ter.in l.ſeruo inuito.in prin.ff.ad Trebel.
c ALEX.¶Filius.Adde Bar.in l.his poteſt in v.co.ȷ.eo.
d ALEX.¶Quero quid.Vide late Jmo.in l.leg.1.Quid in monacho.Cy.in l.deo nobis.C.de epiſc,⁊ cleri.⁊ Bal.in l.j.C. qui admit.in ix.queſt.⁊ Barto.in l.tutor in fin.de bon.poſſ.Bal. in

l.eam

l.eã quam.C.de fideicom.⁊ Cano.in c.in preſentia.de prob.
ALE. ¶Simul poſſunt.Et facit ad ſtatutũ q̄ filius ſine licẽtia patris nõ poſſit ſe obligare.q̄r ſatis dicitur licentiã precedere ſi ſimul ſe obligãt.Ad tex.in l.cũ pater.§.libertis.de leg.ij.ver. alioquin.quem ad hoc ibi ponderat Bar.in l.Titius.ſ.qui mo. pig.vel hypo.ſol.per illũ tex. quẽ alle.⁊ Bar.in d.§.libertis.⁊ Bar.ibi ſequuntur docto.⁊ Bal.idẽ in l.fi.C.ad Maced.⁊ in l.ſi filius eo.tit.⁊ in Spe.in addi.in tit.de reo Jo.And. in reg. qui ⁊ de reg.iu.Bal.in l.exceptionem.de except.⁊ ibi dubitat an ſufficiat patrem fideiubere pro filio in contractu. ad hoc vt videatur patris conſenſus interueniſſe,tamẽ p d.l.Tit. in pri. ſ.quib.mo.pi.vel hyp.ſo.videtur q̄ ſatis appareat de cõſenſu patris,⁊ ſic contractus teneat,q̄ tene menti.adde.an,⁊ quando pater ⁊ filius ſe obligant in inſtrumento,pater dicatur conſentire Bal.in addi.Spe.in tit.de accu.

LEX XV.

2 ☞ Error in cauſa acquirendi impedit aditionem.
3 Veritas quando inſpicitur magis quam opinio.
4 Heres neceſſarius qui credit ſe voluntariũ quando adire poſſit.
5 Cautela in redigendo ſcriptis immixtionem filij hereditatis paterne.
6 Geſſiſſe pro herede quando aliquis apparet,⁊ non apparet vtrũ putaret ſe voluntarium vel neceſſariũ,tunc videtur adijſſe.

IS Qui puta. Error.an ſit neceſſa.heres vel nõ,impedit repudiationem, vel aditionem. hoc dicit,
1 ¶†Quero quid vult dicere,plus in opiniõe quam in veritate.Reſpondeo,aditio cõſiſtit in animo ſolo,vt l. pro herede.§.j.ĩ.eo. ergo in ea debet magis inſpici opi.que eſt in animo,quã veritas.Sz hec opi.erat erronea,ergo vitiatr re-
2 pudiatio.Opp.extra gl.q̄ †iſte error non vitiet aditio.vt ſ.e.l. qui in alie.§.ſi is,ver.nã eum.Sol.hic quis errabat,an fuiſſet filiusfa.defuncti.de cuius hered.agebatur,⁊ ſic errabat in cauſa
a acquir.ᵃSi enim erat filiusfa.acqui erat ſibi facta ipſo iure,ſi nõ erat debebat ſibi queri per voluntatẽ.In l.contraria errabat in hoc an eſſet filiusfa.alicuius viuentis,⁊ ſic certus erat de cauſa adeundi ſed errabat in hoc,an alteri requireretur,vel ſibi, qui error.non impedit aditio.vt ibi.Solus enim error cauſe acquiſitionis,impedit aditionẽ,vt ĩ.e.l.ſi is ad quẽ.Ratio,q̄r impe-
3 dit voluntatem,vt ĩ.vineditis.Op.gl.†q̄ magis ᵇinſpicit veritas,quã opi.vt l.fi.ĩ.de cri.expi.here.⁊ l.ij.ſi a pupil.ĩ.p empt. cũ ſi Gl.non ſoluit.Dic,q̄ loquitur in aditione que conſiſtit in ſolo animo,,vbi magis inſpicitur opiniõi in his que ſolo animo. non conſiſtunt,ita ſentit glo.in l.heres.ĩ.eo.Et ita ſoluit Dyni ĩ.eo.l.ſi quis extraneus.§.j.⁊ hoc videtur hic dicere tex.vt ſ.dixi.¶Querit glo.tex.hic loquitur,quando in veritate erat vo-
c luntarius,⁊ putabat ſe neceſſarium,quid ecõtra:ᶜAlique fuerũt opi.inter gloſſatores finaliter determinat gl.quod declaro,ſi quidem eſt neceſſarius tantum,vt ſeruus,ſine dubio non põt adire voluntarie:qui velit,nolit,eſt heres nec habet beneficium abſti-
4 nendi.†Si vero eſt filius,⁊ neceſſ.tunc per beneficium abſtinendi põt dubitari.q̄r voluntarius de iure pretorio.Glo.tamen idẽ dt,⁊ bene Declaro,error talis impedit voluntatem,ergo impedit aditionem que conſiſtit in voluntate.Quod impedit volũtatem pz,ſi puto me voluntarium cum ſim ſuus,ergo habeo voluntate acqui.de nouo.non aũt habeo voluntatem immiſcendi me,quod eſt approbare acquiſitionem mihi factam a iure,vt di-
d xi ſuper rubr.Cum ergo ᵈacquiſitionem ipſam ego ignorẽ,nõ tenet aditio.Eodem modo ſi repudio,habeo animum ne acquiratur mihi de nouo,non aũt habeo voluntatem abijciendi acquiſitionem factã a iure,ideo vitiatur acquiſitio.⁊ repudiatio.Vi-
5 de glo.⁊ nota eam bene.†Et in hoc debet eſſe cautus quãdo redigitur in ſcriptis immiſtio alicuius filiusfam:vt dicas,talis ſciens patrem defunctũ,⁊ ſe eſſe ſuum heredẽ,eius here.ſe immiſcuit non idem ſi diceret. eam adiuit,vel pro herede geſſit. cum proponatur,ſciens ſe ſuum heredem.Si vero diceret ſciens hereditatem patris ſibi delatã,tũc nõ valebit aditio, q̄r ex⁊ delata eſt adiri poteſt.l.delata.ĩ.de verb.ſignific.no.ſ.eod.l.is qui heres,in princi.ſed hered itatem patris quis nõ poteſt adire, ſed acquiſitionẽ factam immiſcendo poteſt approbare. Predicta vera,niſi ſequeretur aliquod verbũ per q̄ apparet eũ ſciuiſſe ſe ſuum heredẽ,vt ſi diceret adiuit.⁊ immiſcuit, cũ immiſcere ſit
6 proprie ſuorum.†Sed quid ſi apparet,q̄ aliquid pro here. geſſerit,vtrũ aũt putaret ſe voluntarium, vel neceſſarium, nihil apparet.Certe cum hoc conſiſtat in iure non preſumitur ignorantia,l.leges.C.de legi.niſi probaretur per modum quem dixi in l.non fatetur.j.de confeſ.Et que dixi in aditione,idẽ intelligas in repudiatione.

ADDITIONES.

ALE.¶Acqui.Solus error cauſe acquiſitionis,vitiat... Et adde Bar.in l.ventre in j.op.ĩ.eo.
POM.¶Quod magis.Vide per propoſi.in c.veritate.
ALEX.¶Quid econtra.Vide Bal.in l.potuit.de iure... vbi tenet contra Barto,
ALEX.LOSE.¶Cum ergo.Codices quidã habent ... iſtam hoc modo,cum acquiſitionem ego ignorem ſiedam... immiſtionem,an per aditionem merito non tenet immi... aditio ⁊ eodem modo.⁊c.

LEX XVII

ptis.Secundo,vt non ſit ibi §.ſecundum primam lec.h.d.Etiā
1 †in mandatis hʒ locum argu.a cōtrario ſenſu.ſecundum aliam
lect.h.d.Non valet aditio.ſi non eſt ſeruata forma iuſſus.Not.
2 diligenter,†ꝙ qn̄ cōmittitur alicui aliquid qđ debeat explorare,
exploraſſe dicitur,qn̄ ab his qui hoc ſcire debent,aliquid eſſe ꝑ-
ſuadet.Pro hoc,ſ.de reb.eor.l.magis puto.§.nō poſſim.j.ex
quib.cau.in poſ.et.l.hec autē.§.j.de verb.ob.l.hoc iure.ꝛ l.ait
pretor.ſi.ſ.ex quib.cau.ma.Et ſic nō eſt neceſſe ꝙ ad hoc ꝙ ex-
ploret,dicatur ꝙ quis habeat tantā cetitudinem,quāta requirit
in teſtibus,qui debent neceſſitate ꝓbare.ꝑ hoc l.cum quidam.§.
quod dicitur.ſ.eo.ꝛ quod dixi in l.is poteſt.ſ.e.¶ Et iducitur
3 in arg.ad q.Papa mandat alicui ꝙ prouideat tali de tali bene-
a ficio.ſi reperietur idoneus,ᵃille prouidet non facta inquiſitione
b de idoneitate,an valeatᵇ:Et hic videtur caſus ꝙ non.Sed In.
no.determinat ꝯ id.Joan.And.tenet idem extra de offi.de leg.
c.j.in de.Et ratio eorum eſt,ꝙ illa verba magis ſunt modi,quā
conditionis,cum illa conditio tacite inerat,ꝛ ideo expreſſa nihil
operatur,l.muto.§.hanc autem.ſ.de tute.Ad hunc text.reſpō.
ꝙ in hereditate,illa conditio non ineſt tacite,prout eſt in benefi
cio conferendo,ꝛ ideo aliquid operatur,ꝛ tene menti.

ADDITIONES.

a ¶ Idoneus.Sed quando Papa mandat ad inſtantiā alicuius
ꝙ ſe informet de aliquo,ꝛ ſi reperitur eſſe,vt fuit narratū,ſic fa-
ciat,talis cōmiſſarius non pōt procedere ad executionē,niſi ſer-
uata forma,ꝛ habita diligenti īquiſitione ſuꝑ his ď qb⁹ Papa
voluit ꝙ ſe informaret.ꝛ debent vocari duo q poſſent ex hoc te-
di,arg.l.fi.C.ſi ꝑ vim vel alio modo,ꝛ no.i c.ie.vnica,de offic.de-
le.ꝛ ꝑ ſpede.de ſe.cōſi.lxxx.ꝛ per Old.conſil.xlij.vbi dicit ꝙ ſi
Papa mandat ꝙ de idoneitate perſone ſolēniter īquirat,ꝛ ſi eū
idoneū reperit,prouideat,ꝙ habeat neceſſe ante ſuam prouiſio-
nem inquirere,ar.l.cum hi.§.ſi pretor.ſ.de tranſac.ꝛ l.magis
puto.§.ſi eo alienū.de re.eo.ꝛ hoc ꝑꝑ formā mādati,q eſt ſeruā-
da.cap.cū dilecta,ď reſcri.vnđ ſubdit Paul.ď caſt.hic,lʒ Oldr.
non allegat,ꝙ cautela eſt ꝙ cōmiſſarius pronūciet,ꝛ declaret ſe
informationē habuiſſe,ꝛ ita reperiſſe,ꝛ ꝙ de hoc appareāt acta
notarij,alias non ſtaretur ſimplicibus verbis eius,ar.ca.quoniā
contra falſum de probat.ꝛ quod notat gl.in c.le.cū ei quem.de
conceſ.prebend.

b ALEX.¶ An valeat.Vide Bald.in l.ij.C.qn̄ ꝓuo.nō eſt nec.

a §. **Sed ꝛ ſi quis.** ᵃHereditatis aditio non recipit conditionem.h.d.Facit.l.act⁹ le
gitimi.de regul.iuris.Ratio,q2 cōſiſtit in voluntate,que volun-
tas firma non eſt,ſi conditio apponatur.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Sʒ ꝛ ſi qs.Viđ Bar.i l.ꝛ ſi cōditiōalis.ſ.ď auth.tu.

LEX LII.

a **Cum heres.** Si pater eſt furioſus poteſt adire,ꝛ ſibi querere ſine iuſ-
ſu.h.d.ᵃ ꝛ hic eſt ſingularis caſ⁹.Oppo.ſ.eo.l.ſi qs
mihi bona.§.iuſſum.Sol.fallit hic propter patris fu
rem.Opp.ꝙ filius non poſſit manumittere,q2 patri acquirit,l.
placet.j.eo.Sol.quidam qđ hic manumittit,vt curator qđ gl.re
prehendit per l.ſeruum.j.de manu.Unde alij dicunt qđ hic ma
numittit ex priuilegio patris:tamen ſeruus eſt.Sed hec ſol.vi
detur ꝯ literā,que dicit qđ habeatur perinde ac ſi paterfami.adi-
uiſſet.Dic ergo,qđ hic eſt caſus ſpecialis,in quo filius non acq
rit patri.Ad idem l.Imperator.j.ad Treb.Opp.ad hoc de le.
Antiſtius.§.fi.j.eo.Sol.ibi filius iuſſu curatoris patris adiuit,ꝛ
ideo acquiritur patris:hic ſecus.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Hoc dicit.Vide Bartol.in dic.l.placet.j.eodem.

**Qui ex parte.** Non expectatur cōditio cuius euē tus nihil operaᵗ.h.d.Opp.j.l.pr.
Sol.vt ibi.gl.ſignat hic quedam contraria.ꝛ nō ſoluit,tolle ſolu
tiones.Dicit gl.l.pecuniā ad has duas reſpō.vt not.i d.l.ſi pu-
pill⁹.Dicit Dy.ad l.huiuſmodi.dic,qđ ibi expectatio pōt impe
dire tranſmiſſionem.ꝛ iđ expectatio aliquid operatur,hic non.
ad l.in illa ſtipulatione ſi calendis.rn̄.ibi exceptatio affert debi
tori commodum dilationis:hic expectare nihil operat.Nō ob.
aliqn̄.ſ.ad Velle.q2 ibi reprobat tota obligationis ſubſtātia,
l.ſi mulier ꝯ ſenatuſconſultu Vel.§.fi.e.ti.ad Velle.ſcđm Dy.

LEX LIII.

a **Qui ex duabus.** ᵃEt heredi hr̄dis acquiritur ꝓ parte portio in cōditionis euentū.h.d.Contra.imo ſtatim per
tinuit ad ipſum adeuntem,vt ſ.l.prox.in fi.hoc ē for
te contrarium Sol.dicūt quidā,vt Roge.ꝛ Azo,ꝙ hic i partē
cōditionalē habuit ſubſtitutū.Vide gl.hoc nō vr̄ verū q2 inſti-
tuto herede decedente ante cōditionis euentū.ad heredē eius
de illa portione nihil pertinet,ēt conditione exiſtente,l.fi.i pri.
de vul.ꝛ pupil.ꝛ l.liber homo.§.ſi ita.ij.rn̄ſo.ſ.de hr̄.inſtit niſi
dicas ſubſtitutū repudiaſſe:vel exꝑſſe dictū fuiſſet ꝑ teſtatorē,ꝙ
nō admitteret,niſi in cōditionis defectū.vn̄ ipſi Roge.ꝛ Azo di
xerunt aliter,videlicet ꝙ hic habebat cōiūctū.Hec nō vr̄ bona
q2 dimidia illius partis delate ſub conditione ſtatim eſſet ſui
adeūtis,alia dimidia tranſiret ad heredē primo herede mortuo
ante exiſtentiā conditionis,d.l.liber homo.§.ſi ita.Unde Rog.
b ſubaudi maxime.ꝛ hec eſt bona lect.ᵇvel clarius conditione pu
rificata,ſtatim habet totū iure accreſcendi,ſʒ aliā partē exiſtēte
cōditione habet iure inſtitutionis,ꝛ ſi dicas quō inſtitutio con-
c ditionalis tranſit ad heredē:Rn̄.ſpecialeᶜ eſt hic in inſtitutione
partis qn̄ non habet ſubſtitutum vel coniunctum.Tranſit enim
ad heredem ſicut ius accreſcendi.Idem tenet ſequens gloſſ.
quam tene menti,ꝛ dicam j.eod.l.qui patri.

ADDITIONES.

a ALEX.¶ Qui ex duab.Iſtū tex.hic facit ſing.Bal.ꝛ Ang.ꝛ
Imo.ꝛ eſt limitatio ad §.ꝛ qđ ſi tm̄.i l.Gall⁹.ſ.de li.ꝛ poſth.ꝛ l.
fi.inſti.ꝛ ſubſti.

b ¶ Bona lect.Vide Paul.de caſt.hic.

c POMA.¶ Speciale.Vide per Rom.conſil.xxj.j.volum.

§. **Qui ſemel.** Portio deficiens accreſcit coheredi inuito.h.d.Op.de l.cum hereditate
j.eod.tit.Sol.intelligas,niſi vellet dimittere.

LEX LIIII.

1 ☞ Statutum loquens de domino alicuius rei non habet locū
in herede qui fuit dominus ficte hereditatis.
2 Et an fictio ſemper locum habeat.

**Heres.** Hereditas aditio retrotrahitur ad tē pus mortis.h.d.Quero,vtrū hoc ſit ſcđm
veritatem,vel ſecundū fictionē.Gl.dicit ꝙ ſcđm fictio
1 nem,ꝛ bene.Et ſcđm hoc †ſi ſtatutum loquitur de dn̄o
alicuius rei non haberet locum in herede qui fuit dominus
ficte herediatis iacentis.Tex.eſt cū gl.in l.iij.§.hec verba.ſ.
2 de neg.geſt.¶ †Quero vtrū hec fictio ſemper habeat locū.Gl.
dicit ꝙ non.Ita dicit reg.omnia ferre.j.de re.iur.ꝛ alle.hic ali
quos caſus.Dic,quidā ſunt caſus ī quibus requiritur veritas,ꝛ
tunc illa fictio non attēditur,d.l.iij.§.hec verba.hic loquitur l.
hereditarie.j.de furt.ꝛ totus titu.de cri.expil.here cum enim fur
tū ſit contractatio rei aliene,ꝛc.requiritur ꝙ res ſit aliena in ve
ritate,ꝙ nō eſt in hereditate iacente,ꝛc.Dn̄cꝫ lʒ illa fictio ſuf
ficeret,tn̄ non pōt habere locum,nam vt hec lex locū habeat,re-
quiruntur duo extrema habilia,ſicut in qualibet fictione trāſla
tiua,l.ſciēdū.ꝛ l.deniqꝫ.ſ.ex quib.cau.ma.ꝛ l.huic ſcripture,ſ.
ad legem Aquil.ꝛ l.quoties.j.de noua.l.cū qui.§.fi.j.de verb.
obli.ita ſunt hic qđā q extingūt morte defuncti,ꝛ iđ cū non repe
riantur tempore aditionis,non pn̄t ad heredem pertinere quia
vltimū extremū deficit,vt no.in l.heres i omne.ſ.eo.Quedā nō
erant tempore mortis,nec potuerūt inchoari iacente heredita
te,vt acquiſitio vſuſfructus,l.vſuſfructus.de ſtip.ſer.ꝛ l.vſuca
pio.ꝛ l.fi.§.fi.ꝛ l.ceptā.de vſuc.Et in iſtis ſimiliter hec fictio non
habet locum,ꝛ ad iſta reducuntur omnes caſus poſiti in gl.

LEX LV.

1 ☞ Poſſum per alium,quod non poſſum per me.
2 Heres quis poſſit hereditatem aditam repudiare,ne portio de-
ficiens ſibi accreſcat.
3 Abſtenſione vnius coheredum quando poſſit ille qui adiuit,ex
toto recedere.
4 Aditio defertur conditione ex lege iſta.
6 Filia que adiuit pro parte contingente hereditatē matris,ſi de-
ceſſit relicto filio ex viro ſuo,an alia portione deficiente,filius
ipſe poſſit ex perſona matris repudiare,ꝛ habere ex perſona ſuo
vt auum maternum excludat.
9 Creditores ſi non ſunt,nec legatarij in hereditate,ſed alie ap-
plicationes que requiritur laborem animi,ꝛ perſone,an heres
habeat electionem.

a **Cum hereditate.** [a]Propter vnũ abſtinētē, poteſt alius
qui adierat, a toto recedere, ſi creditores eum pro
parte abſtinētis, noluerint moleſtare. Idē ꝺ hrẽde ei⁹.
h. d. cũ l. ſeq. ⁊ eſt valde ſing. lex. Dicit text. ei⁹ portione, tũc ille
qui adiuit nõ poterit a toto recedere: q2 ⁊c. vt ſequit in tex. Ibi
cum dicit, debent, dic vt ipſum cui accreuit, non cõueniant vltra
vires illius portionis. Ibi cum dicit text. dẽtur. heres ergo eſt
in totum, non tamen tenetur pro illa portione vltra vires illius
portionis. ¶ Nota quod poſſum per alium quod non poſſum ꝑ
1 me. Op. †gl. ſed non ſoluit. Dic ergo ibi, l. in ſeruitute. ſed hoc
accidit hic propter inopinatũ caſum, que ratio ibi ceſſat. Ibi cũ
ꝺt gl. l. pẽ. imo eſt l. antepẽ. ⁊ cõcor. ꝙ intellige vt ibi in gl. Ad l.
ſi certarum. §. j. dic ꝙ cõcord. vel eſt ſpeciale in milite. Et ꝺ hoc
per Dyn. dicit de re. iur. in c. quod alicui non licet. lib. vj. vbi ꝺ e
hoc per eũ. ¶ Uenio ad ij. partem, ⁊ primo reuoco in dubiũ, itel-
lectum tex. quẽ gl. legit duobus modis. ſecundã lec. tenẽt doc. ꝑ
l. ſi minor. j. eo. q̃ lec. placet in effectu per. l. antepe. ſ. ad Treb. ⁊
per d. l. ſi certarum. §. j. ſ. tit. j. tñ q2 expoſitio facit magnã vio-
lentiã litere. ideo expone text. vt dixi legendo literã, ⁊ recidit ĩ eũ
dem effectum. Oppo. quis nõ põt ꝺcedere pro parte teſtatus, ⁊
ꝓ partes iteſtatus, l. ius noſtrum. j. de reg. iur. Solue vt dixi le-
2 gẽdo literam. ¶ † Oppo. de l. qui ex duabus. in fi. ſ. eo. Soluũt
quidam aliud in extraneo repudiante, aliud in ſuo. Ita tangitur
hic, ⁊ ibi, Ioan. dicit idem in ſuo, ⁊ in extraneo, vt hic in j. gloſ. ⁊
etiam ĩ gl. magna, ꝙ tenet gl. C. eo. l. quidam elogio. Ratio, q2 ꝑ
beneficiũ abſtinendi h3 ſuus idem ꝙ emancipatus. l. nã nec emã
cipatus. j. de le. j. ⁊ l. pro hrde. §. Papinian⁹. ſ. eo. Opp. ſ. eo.
l. ſi duo. Sol. ibi vnus primo repudiauerat, alius poſtea adiuit
hic primo adiuit, ⁊ ſequuta eſt poſtea repudiatio, ⁊ ſic inopinat⁹
caſus poſtea euenit. Oppon. ꝙ hec electio non tribuatur ei, l. ſi
minor. j. eo. Solu. ibi fuit abſtentus per reſtitutionẽ integrum,
cum iam adiuerat, hic vero nunquã adiuerat. Oppo. ad hãc ſol.
de l. antepenul. ad Treb. Sol. ibi in fideicommiſſario, qui ſentit
commodũ adite hereditatis, ideo eius abſtentione aggrauatur ĩ
hoc, ꝙ aut totum retineat, vel a toto recedat. Sol. precedens loq
tur in herede qui ſe abſtinet per reſtitutionem: non d3 igit noce-
re alteri coheredi, qui vult ſua portione eſſe contentus. ¶ Et ſic
3 reaſſumo. † Aut quis primo adiuit, demum ſequuta eſt repudia
tio alterius, aut repudiatio precedit aditionẽ. Primo caſu, aut
repudiatio ſequuta eſt ipſo iure, aut beneficio pretoris vini re-
ſtituentis: ſi ipſo iure, loquitur hec lex: ſi beneficio ꝑtoris viui:
aut loquit in cohrde, aut ĩ fideicõmiſſario. Scdo caſu, l3 qñ repu
diatio preceſſit aditione, aut ille, qui poſtea adiuit, hoc ſciebat, ⁊
loquitur l. ſi duos. ſ. eo. aut ignorabat, ⁊ h3 locũ hec lex, eadem
4 ratione. ¶ Quero primo, † quo iure deferat hec conditio: Reſ-
pon. ꝙ cõdictione ex in l. cũ enim hic inducatur aliquid ĩ fauorem
alterius, ꝓducit actionẽ, ⁊ exceptionẽ, l. ſtatuas. de acquir. re. do.
poſſumus etiã dicere ꝙ hic expediatur officio iudicis, d. l. ſi cer-
tarũ. §. j. circa fin. ibi dũ dicit, cõpellendũ eſſe, ⁊c. Sed certe ali⁹
eſt caſus ab iſto, vnde mihi plus placet, ꝙ oriatur cõditio ex hac
5 l. ⁊ etiam exceptio, vt ſtatim dicã. ¶ † Quero cui datur iſta cõdi
ctio: Reſpondeo. heredi, in cuius fauorẽ facta eſt hec lex. l. fidei
cõmiſſa. §. interdũ. j. de l. iij. ergo agit heres cõtra creditores, ⁊
eos facit euocari, vt def ipſi poteſtas a toto recedẽdi ꝑꝑ portio
nem obuenien: tunc ſi creditores impedire uolunt, poſſunt dice
re ſe cõtẽtos eſſe ei⁹ portione, ⁊ ꝓ reſiduo non tenẽtur vltra vi-
res hui⁹ portionis: vel ſi volunt, deferunt illi electionem recedẽ
di a toto, vel defendẽdi ꝓ toto. Niſi enim per creditores deferat
electio, nõ põt heres hoc facere, vt hac l. ibi, q2 nõ põt heres exo
nerari, niſi deferatur cõditio, poſſes ibi intelligere, ꝙ hec electio
deferatur ipſo iure, niſi creditores dicant ſe velle eſſe contentos
ei⁹ portione, ⁊ tũc erit illa practica, q2 heres expectabit ꝙ credi
tores eũ citent, ⁊ ipſe heres excipiet, ꝙ ꝑꝑ portionẽ accreſcentẽ
vult a toto recedere: creditores replicabũt ꝙ ſunt cõtenti, ꝙ reſ
põdeat ꝓ portiõe ſua, per alia non teneatur vltra vires hrdita-
rias. Itẽ aduerte ꝙ hic nõ permittitur hoc heredi, niſi ꝑꝑ cre-
ditores, ⁊ ſic ſi nulli eſſent creditores hec electio non cõmitteret
heredi. ſi eñ creditores ſint, ⁊ nolunt moleſtare, nõ daſ ſibi illa
electio, multo minus vbi nulli creditores ſunt, q2 nec volunt, nec
6 poſſunt moleſtare. Et hoc dixi in q. de facto, † filia adiuit heredi
tatẽ matris ꝓ parte ſibi cõtingẽte, ⁊ ſic ꝓ illa parte acquiſiuit v-
ſumfructũ patri ſuo: deceſſit remanente filio ex viro ſuo, alia por
tio deficit, nunc fili⁹ volebat totam repudiare, vt ſic non haberet
cã ex perſona matris, ſed poſſet habere ex perſona ſua, ⁊ per hoc
excludere auum maternũ ab vſufructu: Certe nõ põt. Nam iſte
auus nõ eſt creditor hereditarius. Non enim debebat habere a
matre, ſed a filia ſua: ⁊ ideo cum nullus ſit creditor hrditari⁹, hr
7 di nõ deferſ hec electio, vt hic. ¶ Quero † an hec l. habeat locũ
hodie, ſi heres inuentarium non conficeret. Puto ꝙ ſic. Nã ꝓ
pter omiſſionem inuentarij non grauatur, niſi in hoc ꝙ tene
inſolidum, ⁊ ꝙ non poſſit vti beneficio falcidie, ꝙ autẽ per
neficiũ huius legis nõ reperitur expreſſum, vt in corpore
8 ⁊ fal. §. ſi vero nõ defecerint. ¶ † Quero, qd ſi creditores nõ
ſed legatarij: Uidetur quod habeat locũ hec lex: q2 q̃ad ip
heredem, legatarij ſunt creditores, l. j. C. ꝺ bono. auth. iud.
In contrarium, q2 ſm hec tempora, quis legatarijs non tene
vltra vires hereditarias, vt l. j. §. penu. j. ad Treb. ⁊ C. de leg
ſi vniuerſe, cum ergo non preſtabant aliquod onus, iſta, le
uidebat: hodie forte ſecus: nã cũ teneãtur inſolidum, ⁊ vltra
res hereditarias, poſſet dici hanc legem locum habere: niſi
res ꝙ inſolidum tenet, propter delictum ſuum, q2 inuentari
fecit, ergo, ⁊c. Sed poſſes reſpondere, q2 hoc delictũ nõ reſp
portionem alterius, ergo non d3 amitterre beneficium hu
9 gis, ꝙ eſt pro illa l. reſcriptũ. j. de ijs quib⁹ vt indign. ¶ †
ro, quid ſi non ſunt nec creditores, nec legatarij. ſed ſunt in
tate alie implicationes, que forte requirunt laborẽ anim
ſone: Puto ꝙ propter hoc nõ deferat ei hec electio. Soli
propter creditores defertur, vt hic patet. Et not. in iſta l.
ditate, ꝙ q̃uis qs habeat coheredem, tñ ſuus heres dici
ibi, ſiue ſuo, ſiue extraneo. Nec ob. j. ad Treb. l. apud Iulia
§. idem Iulianus: q2 verum eſt, qꝺ deſinit eſſe ſuus heres
ad ea, que ex teſtamento dependent ex Ad hoc, l. pro here
Papinianus. ſ. eod. ⁊ l. ij. C. eo. facit l. ex parte. j. eod. dixi
ſi filius. de vulgari ⁊ pupil. ſubſtit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cũ hereditate. Et hanc l. tam in extraneo, quã
limitat Bart. in l. vel teſtamento. C. de impu. per l. ſi tu
j. eo. ⁊ an iſta l. habeat locũ ĩ eo q eſt iſtitut⁹, ⁊ pupillo ſub
Bart. eſt ſibi contrarius in l. fi. j. eo. ⁊ in l. j. §. his ita. de
IO. FR. R v. ¶ Adde pro limitatione hui⁹ l. Alexã. poſt
in l. teſtamento. C. de imp. ⁊ alijs ſubſti. ⁊ Paul. de caſt.
limitat tribus modis, cui adde Are. hic.

LEX LVII.

1 ☞ Creditor intentio cõtra filiũ, an ſit fundata, niſi
bet ſe abſtinuiſſe.

a **Neceſſarijs.** [a]Suus h3 a pretor
cium abſtinendi ſi ſe
niter nõ immiſcuit: ſed ſi ſe ſolenniter immiſc
cus niſi reſtituatur vt minor: neceſſari⁹ vero
1 lo modo abſtinere ſe poteſt h. d. ¶ † Quero vtrum [b]fund
b intentio creditorũ contra filium niſi filius probet ſe abſt
Quidã dicunt qꝺ ſic. Gl. hic cõtra, ⁊ in l. C. ſi vt ſe ab here
⁊ ibi Moderni vaccillãt. Ueritas eſt illa, qꝺ vtraq̃ opinio
ſubſtineri. Nam filius, de iure ciuili, eſt hrs nomine, ⁊ effect
hic, ⁊ ĩ §. ſui. Inſt. de hr. quali. ⁊ diffe. ⁊ j. tit. ij. l. §. qui ſunt
teſtate. ⁊ j. de condi. ⁊ demon. l. in cõditionibus. ⁊ l. ij. ſ. de
furti. C. de cura. furio. l. fi. §. j. ſ. eo. l. more ſecundo reſpõ
creditorib⁹ tenetur, ⁊ illo onere nõ eximitur filius, niſi vel
abſtinere, vt hic ꝺt text. ⁊ in d. §. ſui. Oportet ergo qꝺ fil
tas declaretur, l. ſi ita legatũ. §. illi ſi volet. j. de legat. j.
modo ꝓcedit opinio antiquorum. Sed põe qꝺ creditor egit
⁊ fili⁹ in nulla parte iudicij fecit aliquẽ actũ ꝑ quẽ videat
miſcere, vel forte fuit cõtumax, ⁊ ſic de ei⁹ voluntate nihil
ret, poterit ne condẽnari, quaſi creditor intentio ſit fundat
def qꝺ ſic. per ea q̃ dicta ſunt, q2 tenetur, niſi appareat volu
cõtraria. Cõtrariũ eſt verũ. Sicut enim ille, qui obligat⁹ eſt
re, ⁊ obligatio illa ſperatur nouari in conditionis eventu
teſt interim conueniri, l. pecuniã. ſ. ſi certũ peta. ita iſte filius
ſit obligatus: q2 ſperatur tolli iſta obligatio in conditionis
tum. Sed ſi voluerit abſtinere, interim cõueniri nõ põt, nec
neceſſe hoc opponere, q2 ius inducit hoc, q2 id quod eſt ver
iure inductum, nõ eſt neceſſe exprimi per hominem, ⁊ hic
ſus per l. j. C. ſi ſe ab hr. abſti. ibi, fides veritatis verbor
nicula non deſiderat. ⁊ idem in l. ei qui. ſ. eo. facit ſ. l. que
ditione. ĩ fi. de cõdi. inſt. Et hoc modo vera eſt opi. gl. qu
ꝙ interim non eſt heres quantum ad commodum vel inc
dum: quia non poteſt vt heres conueniri. Et eodem mo
cedit ſequens opi. poſita hic in glo. dum dicit tenetur, id
neri videtur prima facie: q2 vere tenetur l3 nõ effectualiter
xi. Dices tu, gl. iſta que dicit eum nõ eſſe heredem quant
modum, cõtradicit ei, quod dixi in l. filius ⁊ l. ſi pupillus
ꝯ text. in l. ſi filius qui patri. de vulg. ⁊ pup. Reſpon. quod
eſt commodum ex ipſa hereditate proueniens, quod non po
ab in commodo ſeparari, vt debita, ⁊ credita hrditaria ⁊ in
ꝓcedit qꝺ ꝺt glo. Quedam ſunt commoda, non ex ipſa heredi
te, qꝺ cõfirmentur tabule pupillares, ⁊ tutele dationes, ⁊ in
operatur exiſtentia ſui heredis, etiã poſt abſtẽſionẽ, vt in cõtra
rijs. C. pp.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

rÿs.Op.de l.cū quan.§.ſʒ ⁊ ſi quis.de fideicom.lib.Sol.ibi ſpe
ciāle in libertate.Et de hac exiſtētia ſui heredis dixi in l. ſi fili⁹ q
patri.de vulg.⁊ pupil.ſubſtitu.Op.de l.ait Pretor.§.nō ſolū.
ſupra de min.Solu..vt in gloſ.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Neceſſarius.Si filius ergo hrs.An ſit fundata intē
tio creditoris ꝯ filium ſtatim.adde caſum ſm Bal.in c.j.in pnc.
an agna.vel fil.⁊ ibi eſt tex.ſing.ſm Bal. ꝙ beneficiū abſtinen-
di eſt de iure ciui. De q̊ vide Bal.in l.ſi paterna.C.que in frau.
credi.⁊ vide Bal.ī l.j.d his q ante aper.tab.Et ꝙ ſit ð iur.ciui
tenuit Salic.ī l.apud hoſtes.ĵ.ð ſu.⁊ legi.Pro hoc ēt facit.l.j.
ſ.ſi vt ſe ab here.abſt.⁊ l.defunctis.C.de le.here.vbi tractaꝛ de
beneficio abſtinendi ſumpto de iuris ciuilis ꝓuiſione,⁊ ex hoc re
ſultaret maxima vtilitas cū duraret xxx.annis.alias aūt durat
anno.ſʒ tamē videtur ꝙ ſit de iure p̄torio ꝑ legem iſtam ⁊ quia
ex d.l.fi.alle.ꝑ Barto.in d.l.j.de his q ante aper.tab.nō loqui-
tur de beneficio abſtinēdi,ſʒ de beneficio inuentarÿ.quod datur
etiā extraneis heredib⁹,vt ibi patet in d.l.j.⁊ d.l.defūctis reci-
tauit diſpoſitionē iuris pretorÿ,tamē poteſt dici ꝙ duret xxx.an
nis.q2 filius vtitur beneficio abſtinēdi,dū conuenitur a credito
ribus hereditarÿs ꝑ viā exceptiōis,⁊ ſic erit perpetuū.l.pure.
§.fi.de excep.doli.Uide Bal.in c.j.in p̄n.an ag.vel.filÿ.⁊ i l.j.
⁊ in iiÿ.q.C.quādo nō pe.par.⁊ in l.q ſe patris.C.vnde li.⁊ ꝙ ſit
de iure ciuili,videꝛ ꝓbari in l.j.in prin.ĵ.ð colla.do.Sʒ ꝙ ſit de
iure pretorio,oſtendo,nam ius ciuile bene pōt facere quem eſſe
heredē,authē.hoc amplius.C.de fideicō.⁊ not.in l.in ſubſtitu-
tione ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ ius pretoriū.nō.l.⁊ ſi ſine.§.ſʒ ꝙ Pa-
pinianus de mino.Unde ſi eſſet de iure ciuili,ſequereꝛ ꝙ filio ab
ſtinente nunq̃ ex potentia ſuitatis confirmarentur tabule pu-
pillares,⁊ alÿ effectus ſuitatis nō reſultarent,q idem operantur
ꝙ aditio hr̄ditatis contra l.filius q ſe paterna.⁊ l.ſi pupill⁹.ſ.
eod.⁊ l.ſi.filius q patri,de vulga.⁊ pupi.ꝓ hoc etiam facit §.ſʒ
his permiſit pretor.Inſtit.de here.quali.⁊ differ.
P.PAV.P.¶An beneficium abſtinēdi ſit de iure pretorio,vel
de iure ciuili,vide Jaſo.in l.j.C.qn̄ non pet.par.⁊ infra i verſi.q̄
ro vtrum fundata ſit circa hoc etiā vide que habes in l.j.C.ſi vt
ſe ab hered.abſt.

b POMA.¶Quero vtrū.Uide Alexan.conſi.cxxxvÿ.in princi.
⁊ Alexan.in l.non hoc.C.vnde legi.

LEX LVIII.

**Ex parte heres.** Seruus,lʒ habeat co-
heredē extraneū,pro
ſua parte eſt neceſſarius,niſi ſub cōdicione fuerit inſti-
tutus.hoc dicit.Not.qð in ſummario dixi.Simile in
ſuo,⁊ neceſſario.Dixi ſ.eod.l.cum hereditate.

LEX LIX.

1 ¶Jus ſubſtitutionis pupillaris,etiā hr̄ditate adita,nō transſ
mittitur ad heredes.
2 Jus accreſcendi ſimplex nō habet locū in diuerſis hereditatib⁹
ſed quād eſt vnitū cum pupillari ſubſtitutione,ſic.
3 Jus accreſcendi vnitum cū pupillari ſubſtitutiōe,habet locū
etiam poſt aditam hereditatem.
Jus ſubſtitutionis prefertur iuri accreſcendi.

a **Qui patri heres.** Nō ē alibi iſta lex q̄
eſt noua ⁊ ſingularis
⁊ nō habet parē nec cōcordantē.⁊.h.d.Jus accreſcē-
di tranſit ad heredē,⁊ ſi eſt vnitū cum pupillari ſub-
ſtitutione,trahitur ad eā,vt habeat locū poſt aditam hereditā-
tem,⁊ trahatur ad bona impuberis.h.d.Et primo ponit dictū.
Secūdo declarat illud habere locū in herede heredis,Secūda
ibi,qð ſic.¶Quero ante oīa,quid vult dicere tex.ibi,nā ſi ipſū.
⁊c.Reſpon.hr̄ditatis paterne aditio obligat heredē,vt cogatur
habere pupillarē,ſʒ obligationes tranſeunt in heredes ergo hr̄
des.heredis habere cogūtur.Op.ſ.e.l.queſitū.§.ſi.Sol.ibi nō
adiuit paternā.Op.de l.ſi filius q patri.ī prin.ſ.de vulg.⁊ pup.
1 Sol vt ibi.¶Uenio ad gl.magnā,⁊ op.† ius ſubſtitutionis pu-
pillaris nō tranſmittitur ad heredes,l.q liberis.§.fi.de vulg.⁊
pupil.⁊ l.ſed ſi plures.in p̄n.eo.tit.Sol.Dicit Roge.hic fuit ꝓ
prium nomen ſubſtituti expreſſum,ibi appellatiū.Gl.non dam-
nat hanc ſol.tamē hec eſt falſa.primo,q2 contra tex.ī l.q habe-
bat.ſ.de vulg.⁊ pupil.ſecūdo ꝯ rationem.magis enim tranſ-
mittitur qð relictum eſt:ſub nomine appellatiuo heredis,quam
ſub nomine ꝓprio,l.cum ita.de condi.⁊ demōſtr.Unde glo.ſol.
ſecundo modo,qð hic nō venit per ius ſubſtitutionis,ſʒ per ius
accreſcendi:⁊ hec vera.vt ſtatim dicam.Tertÿ dicūt,ꝙ hic loq-
tur quando pupillus adiuit,in contrario ſecus.Innuit,quod in
diſtincte quādo pupillus auit,vt tunc ius ſubſtitutionis trāſ
mittatur ad heredem,qð eſt contra caſum d.l.qui habebat.ſ.ð

vulga.⁊ pupil.⁊ contra l.j.§.ī nouiſſimo.ð cadu.tol.Tene ergo
precedentem ſol.ꝙ hic venit per ius accreſcendi,vt ꝓbat tex.
2 ibi accreſcendi iure,⁊c.Sed ex gl.op.† Jus accreſcendi non hʒ
locum in diuerſis hereditatibus,ſiue deferatur ex diuerſis te-
ſtamētis,ſiue ex vno,l.ſi ſub conditione.ſ.quib⁹ mod.vſuſfru.
amit.⁊ l.ſi duob⁹.ſ.titul.j.⁊ l.ÿ.C.de teſta.mil.⁊ qð ibi not.Re-
ſpon.verum eſt in iure accreſcendi ſimplici,vt in contrarÿs.Sʒ
ſi eſt vnitū cū pupillari ſubſtitutione trahitur ad ea,vt porrigaꝛ
ad bona impuberis.Hic eſt caſus ſingularis.Pro hoc facit l.q
ex duab⁹ in princip.ſ.eod.cū gl.⁊ in l.ÿ.C.de teſt.mil.⁊ qð ibi
a not.in vltima ſol.[a] Itē ꝯ,ius accreſcendi non habet locum poſt
3 †aditam hereditatem in proprietate,l.j.in fin.ſ.ð vſufr.accre.
Sed hic filius adiuit hereditatem paternā ergo nō hʒ locū.Rn̄
illud in iure accreſcendi ſimplici,ſed ſi eſt vnitū cum ſubſtitutio
ne pupillari trahitur ad eam vt habeat locū etiam poſt aditam
hereditatem,⁊ hoc eſt ſingulare hic.Quod ergo dicimus ius ac
creſcendi tranſit ad heredes,hoc eſt de iure communi,l.hec ſcri
ptura.§.fin.de condi ⁊ demonſtra.⁊ l.ſi ex plurib⁹ de ſuis ⁊ leg.
⁊ l.j.§.his ita.de cad.tol.ſʒ ꝙ trahaꝛ ad bona impuberis,⁊ q ha
beat locū poſt aditam hereditatē,eſt hic ſingulare,ꝑ ꝑ vnionem
quam habet cum ſubſtitutione pupillari.Dicit tn̄ gl.⁊ bene,qð
iſtud eſt verum,cum alÿ iure ſubſtitutionis admitti non poſſunt
quia non erant,vel erant excluſi.Nam ſi eſſet ius ſubſtitutionis
prefertur iuri accreſcendi,allegat gl.de hered.⁊ fal.§.ſi vero.de
vulga.⁊ pupil.l.qui habebat.melius probatur in l.ÿ.ſi duo.j.de
b bonorū poſſeſ.ſm tabu.[b] Oppo.de.l.ſi ex pluribus in fi.de ſuis
⁊ legi.Solu.gl.ibi in vulgari,hic in pupillari.Certe hic non lo-
quitur in ſpecie ſubſtitutionis pupillaris tantum,vt dixi imo
etiam in iure accreſcendi.Alÿ qð hic ſuus fuit ſubſtitutus,ibi
extraneus.Nec hoc placet,nam tex dicit hic quod ſubſtitutum
obligat aditio,nō qð ſuus fuerit.Alÿ dicunt,quod hic erat ſub-
ſtitutus qui adiuit in parte,in qua erat inſtitutus,ſʒ ibi ſubſtitu
tus non erat inſtitutus.Sʒ iſta ſol.nō eſt bona.Primo q2 con-
tra tex.l.j.ſecundo ꝯ l.ſed ſi plures de vulgari,⁊ pupil.vbi he-
res inſtitutus non tranſmittit i⁹ pupillaris ſubſtitutionis.Hic
ergo ꝙ ibi in iure ſubſtitutionis,hic in iure accreſcēdi qð tranſ
mittitur,⁊ ſic concordat cum lege illa.Op.ð l.toties.ĵ.eo.Sol.
4 vt ibi.¶† Quero an hec lex locū habeat,ſiue pupillus adiuit,ſi
ne non:Gl.in fine dicit,non curandum de hoc.Contrarium not.
in l.toties.ĵ.eo.⁊ C.de cad.tol.§.ſin autem aliquid ſub conditio
ne,⁊ illud vr̄ verius.Si enim pupillus non adiuiſſet paternā he
reditatem,ius accreſcēdi non eſſet vnitum cum pupilari ſubſti-
tutione,imo diuerſa reſpicerent:q2 ius accreſcēdi hereditatem
paternam reſpicit,ius ſubſtitutionis,hereditatem pupillarem
Sed tunc inſtatur,q2 rō tex.eſt vniformis ſiue pupillus adiuit,
ſiue non cum enim ſubſtitutus adiuit paternam eſt obligat⁹ ha
bere pupillarem,ſiue pupillus adiuit,ſiue non,⁊ ita loquiꝛ pri-
ma gl.hic poſita,⁊ bene:ergo iſta obligatio ad heredem tranſi-
bit.Rn̄.quando ſubſtitutio non eſſet vnita cum iure accreſcēdi
non tranſiret ad heredem,q2 eſt perſonalis obligatio.Sed quā
do eſt vnita cum iure accreſcendi,tunc tranſit ad heredē,q2 ius
accreſcendi non extinguntur cum perſona,⁊ hoc eſt ꝙ dicit tex.
hic coniungi eam paterne hereditati:⁊ ex hoc quod ponim⁹ hic
pupillum adiuiſſe apparet ꝙ non poteſt ſuccedi ex vulgari ta-
cita,vel expreſſa.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Ultima ſol.Pro hac ſol.facit ꝙ in ſimili dixit Bar.
in l.iÿ.Cato.in iiÿ.§.op.pricip.vbi alleg.iſtam l.de verb.oblig.
b ALEX.¶Secundū tabu.Et in l.iÿ.de iniuſt.teſt.ÿ.reſponſo.⁊
⁊ not.Bar.in l.re coniuncti verſiculo,ſed cira hoc moueo tale
dubium.de legatis iÿ.

LEX LX.

**Filium.** Inſtitutus qui adit ab inteſtato vi-
detur repudiare ex teſtamento,⁊ facit
locum ſubſtituto.hoc dicit.Op.ꝙ non ſit neceſſe,ꝙ ꝓ
betur quod fuit ſane mentis,cum preſumatur,niſi
probetur contrarium,l.ne codicillos.C.de codicil.Solu.gl.qð
probatur eo ipſo,quod ꝯrium nō probatur.Op.de l.necis.§.
heres.ſ.eod.⁊ l.mater.de inoffici.teſtamen.Solu.gl.hic ſcie-
bat ſibi hereditatem eſſe delatā,alias ſecus,vt in cōtrarÿs.Iſta
eſt vera,⁊ ſi dicas,imo ignorabat,q2 putabat patrem dementē
fuiſſe,vt dicitur in tex.Reſpond.preſumptio eſt quod ſciuerit
veritatem,eo quod filius,l.octaui.vn̄ cogn.Unð illis ſuis ver
bis,qbus dixit patrem dementem nō credit:ſed ſi vere erraret
in facto credens eū dementē fuiſſe tunc repudiaſſe nō videtur,
vt in cōtrarÿs.Alÿ dicunt.ꝙ hic errabat in iure,que ſolutio nō
eſt vera per tex.qui dicit tanquam pater demens fuerit,vnðe

vnde expreſſe loquitur, ꝙ in facto errabat, nõ i iure. Quid autẽ ſi in iure errebat, dicã in l. Clodius. j. eo. Non habetis hic alia.

LEX LXI.

a SI minor. [a]Portio abſtinentis ſe p reſtitutionẽ non accreſcit coheredi inuito. hoc dicit. Opp. ſ. eo. l. cum hereditate. dic vt ibi.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si, minor. Not. caſum notabilẽ, in q̃ portio hereditatis nõ accreſcit coheredi. Et vide alium in l. cũ hereditate. ſ. eod. Adde aliũ, niſi teſtator prepoſuiſſet dictionẽ taxatiuam, q2 tunc nõ accreſcit, vt eleganter probatur in l. Lucius. §. q habebat. j. ad treb. licet aliqui allegent tex. in l. ij. C. de teſt. in q tex. nõ bene ꝓbat. Adde alium, quando ſuus qui habet coheredem abſtinuit, q2 tunc nõ accreſcit coheredi, quod poterit ſuam abſtentionẽ reuocare, vt ſingulariter volunt Moder. in l. fi. C. de repu. hered. ꝛ facit tex. in §. Papinianus l. p herede. ſ. eod. lz aliqui Moder. ibi contradicant.

POMA. ¶ Limita vt per Lan. in l. j. i prin. C. quãdo nõ pe. par. ꝛ ibi p Iaſo. in vl. col. ꝛ p Alex. in l. j. §. ij. in fin. ff. de ope. no. nun.

LEX LXII.

ANtiſtius. Qui impleti conditionẽ, nõ videtur adire, niſi expreſſe hoc animo fecerit. hoc dicit. Op. de l. iam dubitari. de hẽ. inſtit. Sol. diſtingue vt ibi, ꝛ l. j. §. ſz ſi parendi. ſ. de ꝯdic. ob. cau. ꝛ l. ei, q ita. de condi. inſtitu. Opp. ꝙ non valeat iſta conditio ſi iurauerit, l. q̃ ſub cõditione. de cond. inſti. Sol. vt gl. q2 ibi de iuramẽto futuro, h de preterito. Et de hoc habuiſtis i dic. l. et qui ita. ſ. de cõd. inſtit. ꝛ de condi. ob cau. l. j. ꝛ l. iã dubitari. ſ. de here. inſtit. Querit Hy. an ille q agit querela, i effectu videatur eſſe heres, eo ipſo ꝙ obtinet. Glo. format iſtam queſtio. i l. quem admodũ ſ. de inoffi. teſt. dicam in l. cum quidã. j. de bon. poſſeſ.

§. Si ſeruus. Si dominus ſerui mutatur, nouꝰ iuſſus requiritur. hoc dicit.

a §. In libro. [a]Furioſus nõ acquirit voluntate ſua, ſz volũtate legis, vel alterius, cum iuſſu curatoris. Opp. de l. cũ heres inſtitutus. ſ. eo. Sol. Si filius adit. ſua ſponte, ſine iuſſu curatoris, acquirit ſibi, nõ patri: ſi cum iuſſu curatoris, tunc acquirit patri, vt hic, tene menti.

ADDITIO.

a ¶ In libro. Intellige vt per Iaſ. in l. infantis. in fi. C. q admit.

LEX LXIII.

SEruus duorum. Seruus pluriũ poteſt partem vni acquirere, ꝛ partem ſibi, ſi fuerit manumiſſus. h. d. Op. ꝙ adeũdo partem videtur adire totum ab initio, l. j. ꝛ ij. ſ. eod. Sol. Iuriſconſul. in l. cum ſolus ſeruus. j. eod.

LEX LXIIII.

SI ſeruus. Seruus plurium poteſt omnibus neceſſarius heres exiſtere hoc dt. Oppon. ſeruus cõmunis non poteſt inſtitui heres neceſſarius ab vno ex dominis, l. ſz ſi cõdition. §. ſi ſeruũ communẽ. ſ. de hered. inſtit. ꝛ Inſtit. de dona. §. fi. Sol. ſecũdũ iura Digeſtorũ debetis intelligere, ꝙ oẽs domini ſimul deceſſerunt, l. duo ſocij. de hered, inſtit. vel omniũ hereditas ꝑuenit ad vnum hodie antẽ ꝓcedit ſine dubio, ꝙ poteſt ſeruus cõmunis inſtitui ab vno ex ſocijs, l. j. C. de com. ſer manumiſ.

LEX LXVI.

SEruus communis. Ex coniunctione legali, in hereditate locus eſt iuri accreſcendi. h. d. Et ẽ no. lex in legato proprietatis, dic eſſe ſecus in vſufructu. Idem in gl. vide eã, ꝛ vide quod dicam in l. priori. Oppo. de l. ꝛ Proculo. j. de leg. ij. vbi nõ eſt locꝰ iuri accreſcendi. Sol. ibi i legato ꝓprietatis, hic in hereditate. Et eſt ratio, ne quis decedat pro parte teſtatus, quod in legatis ceſſat. ꝛ vide quod ꝑ me not. in dic. l. ꝛ Proculo. Sz contra hoc op. de l. j. §. j. de vſufr. accre. Sol. illud eſt verũ in vſufructu. aliud in legato ꝓprietatis. tene menti iſtam gloſſ. ꝛ nota ꝛ ſigna eam.

LEX LXVII.

1 ☞ Heres inſtitutus inſolidũ an ſi decedat intra annum ꝛ tranſmittat ius deliberandi ad plures heredes, an poterũt adire ſeparatim.

CVm ſolus ſeruus. Seruꝰ pluriũ põt ſeparatim adire, ꝑpter ſeparationem que a lege inducitur, licet non a teſtatore. hoc dicit. Per hoc apparet ſolutũ cõ-
1 trarium qd feci in l. ſeruus duorum. ſ. eod. ¶ † Quero heres inſtitutus inſolidũ deceſſit intra annum, ꝛ tranſmiſit ius deliberãdi ad plures heredes, vtrũ habebunt neceſſe omnes adire ſimul an poterit quilibet ſeparatim: Dic qd qlibet ſeparatim, vt h[…] lz enim in perſona morientis ad ius non eſſet diuiſum tñ in p[…] ſona heredis per legẽ diuiditur, ſicut cetera iura heredita[…] ꝛ poterunt ſeparatim adire vtilitatis cã, ne alterius feſtina[…] alteri noceat, vt hic l. legatarius. in princip. j. de legat. j. ꝛ a[…] poſtea repudiantibus, vel excluſis erit locus iuri accreſcẽ[…] hereditate, vt ſ. eod. l. proxim.

LEX LXVIII.

1 ☞ Gradui precedẽti qñ eſt locus, non venitur ad ſequẽtẽ. […]
2 Hereditas habetur pro repudiata, tranſacto tempore.
4 Inſtitutus, ꝛ ſubſtitutus quando concurrant.
5 Adire quãdo videatur, q nõ adiuit intra terminũ, vel repu[…]
6 Contumacia ſemper interpretatur in id, quod cõtumaci d[…] terius ꝛ aduerſario vtilius.
7 Tempus heredi ad adeundũ, qui poſſunt petere, vt ſtatua[…]
8 Subſtitutio ſtatuitur terminus ſtante tempore ſubſtituti, […] cipit finito tempore inſtituti.
Dilatione pendente poteſt dari a iudice alia dilatio, que in[…] at illa finita.
9 Electi ſi fuerunt tres Poteſtates vnius terre, vnus poſt a[…] ſecundus decedat deliberante primo tertius admittitur.
10 Teſtator ſi filio inſtituto pupillariter ſubſtituit Titiũ, ꝛ […] cunque Titius deceſſerit ſine liberis ſubſtituit ei Sẽpro[…] Titio predefuncto pupillo, Sempronius admittitur ex ſu[…] tutione pupillari.

a QVamdiu [a]inſtitutus. Se[…] du nõ admittũtur, niſi primis excluſis, id primo […] tuitur, tps ad adeundundum, vltra qd nõ audi[…]
1 h. d. ¶ † Not. ꝙ quandiu eſt locꝰ gradui ꝓcedẽti, non veni[…]
2 quentẽ. ¶ Itẽ no. † ꝙ trãſacto tpe hereditas habetur [re]pu- diata. ¶ Oppo. de l. extra. de vulg. ꝛ pup. Sol. vt ibi, […] cus in portione repudiata. ¶ Opp. de l. ſi q s ita. ſ. de […] ſtit. non eſt contra, vt ibi patet. ¶ Op. de l. ꝛ ſi fine. §. […]
3 nianus. ſ. de minor. † Sol. gl. no. quãdiu inſtitutus p[…] de iure cõmuni, non eſt locus ſubſtituto. Secꝰ ſi de iu[…] per reſtitutionem, vt ibi idẽ ſi reſtitutio cõcederetur ip[…]
4 re ſine remedio pretoris viui, l. fi. C. de rep. he. ꝛ ibi no. ¶ […] ꝛ vr̃ ꝙ inſtitutus ꝛ ſubſtitutus concurrũt, l. ſi paterfamilias […] tiũ. ſ. de heredi. inſti. ꝛ inſti. de vlga. ꝛ pupil. ſubſti. §. fin. […] Fallit ibi ꝑꝑ repugnãtiam iuris ꝛ rationis: ꝛ eſt idem caſus […] l. cũ proponas. C. de heredi. inſti. ꝛ eſt alius caſus in l. ſi liber[…] patrono. j. de bo. libe. Et poteſt addi tertius, vt id qd dicitur […] patrono, idez dicatur in filio, ꝛ dixi in l. pro herede. §. Papi[…]
b nus. ſ. eo. ¶ Venio ad vltimam gl. [b] ꝛ op. † qui, nõ adiuit int[…]
5 terminũ, niſi repudiet, videtur adire, vt C. eo. l. fin. §. ſi autẽ ho[…] ꝛ §. ſi quis autem temerario. Sol. hec lex hodie corrigitur p[…] iſtam ſm Azo. ꝛ Hugo. Alij. dicũt ex iſta, ꝛ eſt vera ꝛ notabi[…] ꝙ in illa ſtatur terminus ad inſtantiam creditorum: hic ſubſti[…] tuti, qd perpetuo tene menti. Iſtam tenent doct. ibi, ꝛ bene […]
c quia [c] contumacia ſemper interpretatur in id quod contumaci deterius, ꝛ aduerſario vtilius, l. de etate. §. qui tacuit. ſ. de in[…] actio. Unde qñ ſtatuitur terminus ad inſtantiam creditorum […] intereſt creditorum, vt habeatur pro adeunte, vt habeant que[…] conueniant. Sed qñ ſtatuitur ad inſtantiam ſubſtituti, inter[…] eius ꝙ habeatur pro repudiãte, vt ſic poſſit adire, ita loquitur hic, ꝛ hoc veriſſimum in herede inſtituto pure. Sed ſi ſub con[…] ditione poteſtatiua eſſet inſtitutus ꝛ ei eſſet ſtatus terminus a[…] conditionẽ implendam, ꝛ ad adeundũ, nec ad impleuit, non h[…] ber pro adeunte, quia nõ põt, cũ nõ ſit impleta conditio. l. ſi q[…] inſtituatur. in prin. de her. inſti. ꝛ in l. ſi ſeruus de bonis auto[…] ri. iudicis poſſid. vt dixi in l. ſi quis ſuus. de iure de liberan. […] hec vera in herede, qui põt adire de iure ciuili: ſed in eo qui n[…] põt aliter ſuccedere, niſi per cõtratab. ſecus, q2 ibi requiri[…] expreſſio verbo4 corã iudice, vt C. qui admi. ad bo. poſſ. l. fi. […]
6 ex eo † qd dicit, ad inſtãtiã creditorũ, ꝛc. ꝛ intelligas practi[…] huius legis, ꝙ hoc habet facere iudex ad petitionẽ eius, […] intereſt. Et aduerte, q2 vr̃ ꝙ iudex non poſſit ſtatuere min[…] terminũ centũ dierũ l. j. ꝛ ij. ſ. de iure deliberã. ꝛ ibi de h[…] citur. In caſu tamẽ ſufficiunt tres mẽſes, l. fi. §. de iure d[…]
7 ¶ † Quero qui ſunt iſti qui poſſunt hoc petere, vt tps ſtatu[…] Reſpon. ſubſtituti, creditore, ſi filius qui ſeparat mouere q[…]
8 onẽ inofficioſi, vt hic in gl. magna. ¶ † Quero quõ ſtatuitur […] terminus ſubſtituto: Reſpon. gl. ꝙ terminꝰ ſubſtituti incipit […] nito tempore inſtituti. Uide gl. ꝛ not, ꝙ licet dicatur, C. de […] l. ſiue pars, quod pendẽte dilatione officium iudicis cõquieſ[…]
d interim tamen poterit dari dilatio, [d] que incipit poſt illã finit[…]
9 quod not. Hy. † iſtum ver. is autem inducit ad queſtionem. […] tres fuerint electi poteſtates vnius terre vnus poſt alium: ꝛ ſecundus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſecundus decedat deliberãte primo, ꝙ admittat, terti⁹, argu. j. de conditio. ⁊ demonſtra. l. pr. ita dicit ipſe. Hanc queſtionẽ tãgit ⁊ y. in l. poſt aditã. C. de impube. ⁊ alijs ſubſtit. facit qd dicã in l. cum ſub hac. j. de cõdi. ⁊ demõſt. ¶ †Quero[e] iuxta p̄dicta[f] teſtator filiũ heredẽ inſtituit, ⁊ ei pupillariter ſubſtituit Titium, ⁊ quãdocunq; deceſſerit Titius ſine liberis, ei ſubſtituit Sẽpronium: cõtingit ꝙ Titius ante pupillũ mortuus eſt, demũ moritur pupillus, q̃ro an Sempronius ei poſſit ſucedere ex vigore pupillaris ſubſtitutiõis: Et hic eſt caſus ꝙ ſic, qd clarius apparebit reſpõdendo cõtrarijs. Cõtra predicta facit l. ſi mater. §. j. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ ibi no. ſ; reſpõde vt ibi. Item facit contra, q: Sempronius ſubſtitutus fuit Titio, nõ pupillo, ſ; reſponſio apparet per hanc legem quia gradu primo ſubſtitutiõis perẽpto, admittitur ſequens. Itẽ facit contra, iſte ſubſtitutus, fuit Titio, qui erat extraneus, ergo in eius perſona fuit ſubſtitutio fideicõmiſſaria, ⁊ ſic pupillus nõ poteſt ſuccedere directo. Reſpõ. iſte ſubſtitutus fuit cõpendi. ſe, que continet vulgarem, vt dixi in l. Centurio. Videtur ergo dictũ. Titiũ pupillariter ſubſtituo, ⁊ ſi Titius heres nõ erit, Sempronium ſubſtituo, ⁊ videtur ſecũdus gradus ſubſtitutionis, l. pr. de vulg. ⁊ pup. qui ſecũdus gradus quo ad Titiũ eſt vulgaris, quo ad pupillum eſt pupillaris, Sed ſi prima fuiſſet directa pupillaris, ſecũda mere fideicõmiſſaria, tunc ſecunda nõ poſſet habere locum, niſi ſubſtitutione adeatur hereditas, l. apud Julianũ. §. idẽ Julianus. ad Treb. ⁊ l. ita tamẽ. §. qui ſuſpectã. eod. titu. Sed q̊ prima eſſet mere fideicõmiſſaria, ⁊ ſecunda idẽ, tunc licet primũ fideicommiſſum deficiat, remanet apud heredẽ cum onere ſuo, ⁊ ſic debetur ſecũdo, l. j. ij. pro ſecundo. C. de cadu. tollen.

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Quãdiu. Et vide Bart. in conſi. ccxix. alle. iſtã l. §. autẽ. vide ibi omnino, q: pulchre loquitur. Et vide quod no. Ange. hic, ⁊ Bal. õtermino dato ad probãdum, vide eum i l. ſi quando ⁊ ibi dedi remiſſiones. C. de inoffic. teſt.

b ALEX. ¶ Ultimã gl. Adde Bal. i d. l. fi. §. ſin autẽ h aliqs. C. d iure deli. ⁊ ibi Bar. ⁊ Bal. in rub. C. de ſuc. edi. in j. co. ⁊ omnino vide. p Imo. in l. ſi qs inſtituatur. ſ. de hered. inſtit. Et ad dictũ Bar. hic de cõtumacia, vide Pau. de ca. hic ⁊ Bal. in l. deberi. C. de fideicõ. liber. vbi ꝙ q̃libet leuis cauſa excuſat a cõtumacia ⁊ pro no. ponit Franciſ. de Are. in l. ij. C. de ſuc. edi. ⁊ idẽ quod tenet Bart. hic, ponit gl. ⁊ Barto. infra in l. que dotis. ſ. ſolu. matrim. ⁊ ibi Pau. de Caſt. ⁊ Alexan

c POMA. ¶ Ratio q:. Idẽ tenet Bartol. in l. que dotis. in j. col. verſi. ſi vero eſt acceſ. ff. ſoluto matrimonio.

d ALEX. ¶ Dari dilatio. Utrũ pendente dilatiõe, poſſit alia dilatio dari, vide Bar. in l. ij. in vlt. dicto. j. de re iudic.

e ALEX. ¶ Quero. Bar. cõſuluit ſup h cõſi. inci. quidã nomine. Titius habens filiũ, ⁊c. Adde ꝙ Pau. de caſt. etiã illã ſequitur ⁊ dicit Bal. hanc deciſionem valde cõmendare. Idẽ facit Ang. qui dicit ſe cõſuluiſſe Florentie. ⁊ Pau de caſt. ſe cõſuluiſſe Uicentie. de quo vide eius conſi. cccli.

f POMA. ¶ Predicta. Uide Pau. de caſt. cõſil. ccclxix. p iſta opi. eſt tex. ſm Jaſ. ibi in l. ſi Titius. ff. de vulg. ⁊ pup. Ita etiam tenet Jac. vbi dicit ſe ſepe de facto conſuluiſſe, in l. j. in ij. q. prin. Bar. ff. de vulg. cõtrariũ tenet Eld. cõſi. clxxvij. ici. teſtator i vl. ſuo teſtamẽto. vide Rayn. in repeti. l. Gall⁹. §. ⁊ qd ſi tantũ. ff. de lib. ⁊ poſth. verſi. iiij. quero. Et ad iſtã q. vide Bar. conſ. inci. quidam. ⁊ Ale. conſi. iiij. i j. vol. Uide etiã Alex. cõſi. j. vo. vbi limi.

P. PAV. P. ¶ Uide Pau. d ca. cõſ. cccliij. ⁊ Ale. late cõſi. j. vo. j.

LEX LXIX.

**In plurium.** Siue ſuccedatur d iure ciuili ſiue de iure p̄torio, ſcripti p̄cedunt legitimos, etiam ſi cõditio ſit adiecta, ⁊ interim non poteſt repudiari, niſi corã iudice. h. d. ¶ Oppon. glo. ad fin. legis de l. is poteſt. ⁊ l. is qui. §. j. ſ. eod. Solu. hic corã iudice repudiauit. ita notat hic, ⁊ in cõtrarijs, ⁊ in l. j. de cura. bon. dan. Uel dicit, quod hic extiterat conditio, prima ſolu. eſt magis notabilis.

LEX LXX.

**Si ſeruum.** Seruum alienum ab hoſtibus redẽptum poteſt quis ſibi neceſſarium heredem facere, ſed domino primo eſtimatio debetur. hoc dicit. hic eſt gloſſ. que ponit qualiter iſte redemptus teneatur, ⁊ cui, ⁊ ad quid.

**§. Si quis hac lege.** Poteſt quis pro parte tẽporis eſſe neceſſarius ⁊ pro parte voluntarius. hoc dicit. Uide pro hoc quod no. in l. iij. §. penul. j. de hered. inſtit.

1 ☞ Uerba quando ſunt ſcripta in perſonam, non extenduntur ad fieri facientem: ſecus ſi ſunt ſcripta in rem.

2 Dictio, quid, verificatur in qualibet particula.

**§. Pretor ait.** Qui amouet aliquid ex hereditate antequã abſtineat, mala fide, perdit beneficium abſtinendi: ſecus ſi poſt abſtẽtionẽ. h. d. vſque ad fin. ⁊ primo ponuntur verba edicti. Scdo Juriſconſultus ponit caſum in edicto. Tertio incipit expoſitionẽ. Scda ibi, ſi quis ſuus. Tertia ibi non dixit. Per hoc quod dicit, ſi quis ſuus, apparet expoſitio illoꝝ verboꝝ, eum eam vel poſitorũ i edicto. Nã ſummit eum ſc; ſuũ. vt hic vides. Uiđ tex. dum. dicit nõ dixit. Pretor. h exponit verba illa. edicti, factũ erit, ⁊c. nota[a] ex hoc verſic.

1 †ꝙ quãdo verba ſunt ſcripta in perſonã, vt ſi quis occiderit, ſi qs percuſerit, ſi quis furatus fuerit, ⁊ ſimilia non porrigũt ſm propriam ſignificationẽ, ad eum qui fieri fecit: ſ; qñ verba ſunt ſcripta in rem hoc eſt generaliter, ſeu imperſonaliter, vt ſi hoc factũ fuerit, ⁊ ſimilia non dicit per quẽ ⁊ tunc ex propria ſignificatione porrigũt ad fieri facientem, de quo p Jaco. d are. i l. aut q aliter in fin. §. ꝙ vi. aut clã. ⁊ l. hec verba. j. d adul. Dixi plene i l. non ſolũ. §. ſi mandato. ⁊ §. Proculus. j. de iiu. Dicit tex. ait

2 p̄tor. hic exponit verbũ, ex hereditate. †No. ꝙ dictio, qd verificat i q̃libet particula rei, ideo gl. que eſt i l. j. §. j. d ope. no. nũcia. dũ tex. dicit qd operis, exponit, quid, id eſt, ꝙ q: perfectũ opus requiritur, q. d. quid verificatur in qualibet particula. Tex. dt hic, amouiſſe, hic exponit verbũ, amoueretur. Ep. gl. ⁊ videtur ꝙ talis error non excuſet eum, l. eum qui. §. in iniuria. de iniur. ⁊ l. j. ſ. d legi. Dy. dt, dic vt no. in d. l. eum q. i fi. Uel dic tu, ſpeciale hic in aditione hereditatis, que conſiſtit in ſolo animo l. p herede. §. j. ſm Dyn. Tu dicas. ꝙ in d. l. eum qui anim⁹ erat delinquendi ⁊ iõ punitur ſi aliũ offendit, q̃ crediderit: hic vero nõ erat anim⁹ delinquẽdi. Ad d. l. j. d legi. dic, ꝙ poſito ꝙ illa ignorantia debet puniri: hic tamen non debet puniri tanta pena vt perdat beneficium abſtinendi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nota. Uiđ oĩno Ba. in l. j. de benefic. fra. ꝙ facit ad not. p Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. d verbo. obli. Adde tu videdũ Bal. cõſi. lij. lib. iiij. vbi cõſuluit ſuper ſtatutis Mediolani, quib⁹ cauetur vno ꝙ nullus corporaliter puniatur niſi lege municipali caueat: altero vero cauetur ꝙ homicida capite puniat, ita ꝙ ſtatim moriatur, an vigore hui⁹ ſtatuti mãdãs homicidium puniatur: Bal. dicto conſil. determinat ꝙ nõ puniatur. ⁊ de deciſione Bar. vide Paul. de caſtr. hic ⁊ Cyn. in l. ſi p alium. ſ. ne quis eum qui in ius voc. vi exi.

P. PAV. P. ¶ Uide Alex. cõſi. lxv. no. xvij. vol. iiij. Itẽ nõ h; locum in eo qui occidit ad ſui defenſionẽ. nec in furioſo vt p Ale. conſi. cxliiij. no. vj. volu. ij.

**§. Hec verba.** Not. ex hoc §. ꝙ ille leges que ꝑ dictum priuant aliquẽ aliquo beneficio obtinẽdo, non habent locũ poſt beneficium iam obtẽtũ, quod poteſt ad multa facere. Oppon. de l. fin. C. de rep. here. Sol. fateor. ꝙ ſponte q ſemel abſtinuit, poteſt redire ad hereditatẽ: ſ; delinquendo nõ videtur ad eam redire. Facit l. ſi quis extraneus. ſ. eod. ⁊ ibi vide rationem.

LEX LXXI.

1 ☞ Dilatione data decem dierum, ſi ille cui data eſt dilatio expedit prima die iudex poteſt procedere, quia finita cauſa dilationis eſt finita dilatio.

a **Si quis heres.** [a] Finita cauſa dilatiõis finitur dilatio. h. d. Et ẽ

1 bona lex per quã dixi† iam pluries de facto, ſi iudex dat alicui terminum triũ dierum ad reſpondendum poſitionibus, ⁊ ille reſpõdet primo die, ꝙ a modo iudicis officiũ poteſt procedere ſicut ſi illa dilatio eſt finita, nec illũ vltimum diem expectare d;, vt hic, ⁊ l. a filia. §. fin. ad Trebel. Ep. de l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. ⁊ l. inſulã. j. de verbo. obliga. ⁊ ſ. ſi qs cau. l. ſi eum. §. j. Sol. hic loquitur in hereditatib⁹, in qb⁹ dies ſola non impedit aditionẽ. Et vide gl. dic ad illa contraria vt ſequitur i ſequẽti contrario. Pro hoc vide gl. in l. iij. ſ. d condi. inſti. dicit gl. in d. l. inſulam. ſed in illis non erat finita cauſa dilationis omnino vt ibi patet, ſicut in ſequenti contrario.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si qui heres. Not. ergo ꝙ citatus ad certã diem põt ante deim comparere, quod etiam voluit Rapha. in l. ſtipulatio iſta. §. inter certã, ibi dixi remiſſiue. de verbo. obliga. ⁊ etiam ad Barto. hic adde quod not. Barto. in l. qui ante calendas, d verbo. obli. ⁊ in l. quãdiu. ſ. eo. ⁊ in l. ij. j. de re iud. Sed quid ſi aliqs eſt citatus, ⁊ conſtat eum cõparere non poſſe, an interim manus iudicis ſint ligate. Dixit Innocent. qd hic. Fallit in electiõe vbi impeditus non expectatur. vt in capitul. cum inter vniuerſas, ⁊ ibi per eum. de elec. ⁊ idem dicit Bald. in omnibus publicis actibus, quod eſt in electione ne propter paucorum abſentiã, publica vacillet vtilitas, lege ſecunda. C. de decurio. libro x. ita

dicit Bal. in §. j. de mil. vaſ. q̄ cont. eſt in ver. pone, aliquis ẽ cita-
tus, ⁊c. dixit tamẽ Hoſtie. ⁊ Jo. An. in nou. in c. irrefragabili. d̄
offi. ord. refert Bal. in d. c. j. qđ quãdo ſtatutus eſt alicui termi-
nus ad ſe corrigendũ, ⁊ certum eſt ꝙ nõ vult ſe corrigere, ꝙ non
debet expectari. Et ad predicta faciunt q̄ no. doc. in c. ab excõ-
municato de reſcri. Bart. ⁊ Bald. in l. ſiue pars, de dila.

POMA. ¶ Ad iſtã l. vide Alex. in l. nemo põt. ff. de leg. j. ⁊ in l.
j. C. de iur. delibe. Adde ꝙ Paul. de caſt. infert hanc legem ad
duas queſtio. maxime ad ſtatutũ Florentinum. dictans ꝙ appel
lari debeat intra. x. dies, ⁊ poſtea habeat lx. dies ad ꝓſequẽdã
appellationẽ ꝙ ſi qs p̄rimo die appellauerit, ꝙ ſtatim incipiũt
currere lx dies, nec expectari dꝫ lapſus lx. dierũ ar. huius l. di-
cit tamẽ ꝙ aliqui cõſuluerunt cõtrariũ. Item inducit ad aliam
queſt. ꝙ ſi maritus relinquit vxori vſumfr. toto tẽpore vite ſue
dũmodo vidua ſteterit, ⁊ poſt mortẽ religt alteri, ⁊ mulier ſe ma-
ritauerit, ꝙ ille alter ſubſtitutus dꝫ ſtatim venire, nec expectare
mortẽ mulieris, per hãc. l. ⁊ per per id qđ ponit Jo. an. i Spec.
in tit. de ſec. nup. ſup ru. Nõ ob. qꝛ dixit poſt mortẽ mulieris qꝛ
cenſetur ſe retuliſſe ad caſum quo mulier nõ nupſerit. Sꝫ ſi cogi
taſſet ꝙ debuiſſet nubere, eo modo ſubſtituiſſet in illum caſum ꝙ
in ambobus finiatur vſufr. ⁊ ſi expreſſit vnũ caſum, veniat ali⁹.
ar. l. mulier. j. ad treb. Nõ ob. etiam l. Publi⁹. §. j. de cõd. ⁊ dẽ.
qꝛ ibi expectatio temporis põt eſſe ꝓficua ei, cui fuit poſt lega-
tum. At hic mulieri nõ poteſt eſſe ꝓficua, ſed heredi tantum.

LEX LXXII.

1 ¶ Filius tenendo feudum vel ephyteuſim, an videatur heres.

**Si quis non quaſi.** Quod quis facit vt fili⁹, non vt he
res, nõ inducit immiſtionẽ. h. d. Puto etiã ꝙ ſi dixit,
quaſi heres ſimpliciter, qđ intelligatur, vt filius, ſcđm
ea que habuiſtis in l. pro herede. §. ſi quid tñ. s̄. eo. ⁊ in l. ſi patro
1 ni in prin. j. ad tre. Et faciunt iſta, an filius videatur heres, tenẽ
do feuda, ⁊ emphyteuſim. Et hic videtur ꝙ non ſunt heredita
ria, vt dixi in l. ſi patroni. in princip. s̄. allega.

LEX LXXIII.

1 ¶ Filius petendo iuramentum fidelitatis, nõ videtur ſe im-
miſcere nec etiam petendo poſſeſſiones emphyteuticas, que ex
forma pactorum debent venire ad filios.

**Qui putat ſe.** Cõditio dãdi impletur ſi da
tur plus, ſecus ſi min⁹. h. d.
1 Inducit Dy. legem precedentem, † ꝙ filius petẽdo
iuramẽtũ fidelitatis, nõ videtur ſe immiſcere, cũ illud
pertineat ad filios, vt filios, non vt heredes. Idẽ dico ſi peteret
poſſeſſiones emphyteuticas, que ex forma pactorũ debẽt venire
ad filios, vt ad filios. De quo per Dy. in l. ſi patroni. in princ. ad
Treb. dixi in l. vt iuriſiurandi. §. ⁊ ſi liberi de oper. lib. Oppo.
de l. cui fundus. in princ. j. de cond. ⁊ demon. Sol. ibi erat adie-
cta conditio pluribus, hic vni. ¶ Oppo. de l. ſi quis extraneus.
§. ſciendum, s̄. eodem. Sol. ibi eſt cauſa prorſus diuerſa.

**§. Qui bona fide** Liber putans ſeruum iuſſu
alterius adeundo, non obli-
gatur: ſecus ſi ſua ſponte. hoc dicit cum §. de eo.

**§. De eo.** Opp. s̄. proxi. §. Sol. habuiſtis in l. qui in alie
na. §. ij. s̄. eod. Et ſi quidẽ ille q adiuit, fuit eius
propoſiti, vt omnimodo vellet eſſe heres, ſi vel ſibi aliȷ acquirat
adeundo efficitur heres. Sꝫ ſi dubitatur an voluerit eſſe heres, ⁊
tunc aut adit iuſſu alterius, ⁊ non pſumitur acquirere ſibi, vt s̄.
proxi. §. aut ſine iuſſu adit ⁊ tũc videtur velle eſſe heres. ⁊ ſibi ac
quirere: ⁊ hoc idem vidiſtis in fi. in d. l. qui in aliena. §. ij. s̄. eod.

LEX LXXIIII.

**Ex ſemiſſe** Qui adiuit ex parte minori cum
deferretur hereditas, ꝓ maiori
non obligabitur, ſi eius erat propoſiti. h. d. ¶ Oppo.
de l. ex aſſe. s̄. eod. Sol. gloſ. ꝙ ibi ſciuit ſe inſtitutũ in
tum. hic ignorauit. ¶ Opp. de l. ſi quis mihi mona. §. quod ſi ex
parte. s̄. eo. Sol. gl. ibi in adeunte, hic in abeunte. Hoc nõ placet
b Dy. qꝛ quantũ ad hoc iubens debet eſſe certus, l. pater in prin.
infra eod. Unde ſolue, vt ſequens cõtrariũ. ¶ Oppo. de l. ſi qs
extraneus. §. ſciẽdũ. §. eo. ⁊ l. illud. s̄. ſi pars hr̄. pe. Dic, aut ſcie
bat ſe inſtitutũ in parte maiori, ⁊ eſt heres in totũ, l. j. ⁊ ij. ⁊ l. ſi ex
aſſe. s̄. eo. aut ignorabat, ⁊ tunc aut erat eius ꝓpoſiti, ꝙ volebat
omnino eſſe heres ꝓ quacunq; parte, ⁊ tunc heres erit ſine du-
bio. Aut erat eius propoſiti ꝙ volebat eſſe heres ꝓ maiori, ⁊ nõ
erit, vt hic. Aut dubitabat, ⁊ tunc aut eſt ſibi vtile ꝙ ſit heres ꝓ
maiori, ⁊ ex hoc fit eius cõditio melior, ⁊ preſumitur ꝙ voluerit
eſſe heres in totũ. Aut ex hoc fit deterior eius cõditio, ⁊ tunc ſe-
cus, l. ſi quis mihi bona. §. qđ ſi ex parte. s̄. eodem. Aut dubitat
vtrũ ſit ei vtile aut nõ ⁊ tunc intelligo ꝙ erit heres pro maiori
parte, ſi voluerit eſſe, alias ſecus, vt d. §. ꝙ ſi ex parte.

LEX LXXV.

1 ¶ Gerundium ſi reſpicit verbum vel participium futuri tẽpo
ris, inducit conditionem, ſecus ſi preſentis temporis, qꝛ mag
venit ad modificationem.

**Si tu ex parte.** Quocũq; iure adit, po
tio alia que poteſt ac
ri ſine noua aditione acquiritur. Itẽ qui ex inſtitu
ne repudiat partẽ põt in alia parte ex ſubſtitu
ſuccedere, ⁊ repudiatã iure accreſcẽdi habebit, hoc dt, ⁊ eſt
tis lex. Diuide, Primo ponit vnã queſt. qñ quis adiuit ex ſub
tutione, ⁊ poſtea extat cõditio inſtitutionis. ⁊ ad illã reſpõ
Secundo qñ repudiauit ex inſtitutione, ⁊ poſtea vult adire
ſubſtitutione, ⁊ ad illã non reſpõdet. Tertio reſpõdet cuidã q
ſtioni, per quam apparet ſol. precedentis. Secunda ibi Item
tu. Tertia ibi, reſpõdi non dubito. Dicit tex. omiſeris aditio
deinde repudiauit Titius coheres, cui fuiſti ſubſtitut⁹, ⁊ ad
alius coheres. Dyn. dt ꝙ tex. Titiane partis. determinat ver
ſubſtitutione. quaſi dicat. adeũdo ex ſubſtitutione partis Ti
ne, hoc eſt, ex ſubſtitutione facta in parte Titij. Dicit tex. p
an tue partis Titio coheredi iure accreſcendi delatã: Reſp
quod ſic vt patet ex ſequentibus. Dicit tex. in poteſtate mea
ſtituti, eiuſdẽq; ſubſtituti. Dicit tex. vendicare, hoc eſt d
in poteſtate mea eſt habere ex ſubſtitutione, ⁊ repudiare ex
tutiõe. ⁊ ecõtra, Dyn. ¶ Pro declaratione legis reuoco in
bium caſum in j. parte legis, quẽ gl. legit duob⁹ modis. P
in duobus inſtitutis, ſcꝫ ꝙ Seius in duabus vncijs ſub con
one. ⁊ Titius pure in decẽ, ⁊ Seius Titio ſubſtitut⁹. ⁊ hoc
ma gl. Iſtã tꝫ gl. que mihi non placet. Nã ſi eſſent tantum
inſtituti, ſtatim cum Seius adiuit ex ſubſtitutione, eſſet her
in totũ nec expectaret conditionis euentus, l. cum here
a s̄. eod. Sed tex. hic innuit conditionem expectandã. ergo
Niſi ſuſtinendo diceremus, vt dixi in l. qui ex duobus. in p
eod. Unde aliȷ antiqui legebant, in tribus inſtitutis, ⁊ hec
nitur in gl. ſuper verbo ad me quam vide Iſtud, placet
tres inſtituti, ⁊ tunc eſt neceſſe ꝙ expectetur conditio
ſaltem ꝓ dimidia, l. liber homo. §. ſi ita. s̄. de here. in
tenendo hãc lectu. placet, vt exponamus tex. vt fiat m
na ꝑ, ſcꝫ ad me id eſt, ad te, ⁊ mihi, id eſt, tibi. Tamen ab
gl. recedit dicens, ꝙ ille caſus eſt in §. proxim. ſed non d
Ille enim differt ab iſto, qꝛ ibi primo repudiauit partem
poſtea adiuit ex ſubſtitutione: hic primo ex ſubſtitutione
¶ Uenio ad ſcđm caſum, ⁊ hic ꝗ. variatur duob⁹ modis. P
ꝙ eſſent duo inſtituti, ꝙ gl. non placet ⁊ merito, quia tunc
ret totũ ille adiens ex ſubſtitutiõe. Dic ergo, ꝙ erãt tres in
ti, vt apoſtillaui legendo literam. ¶ Sed quero, quid
hac queſt. cũ non reſpõdeatur ad eam: Reſpon. reſponſio
gitur ex ſequenti reſponſo, qꝛ licet repudiauit partem ſ
men adeundo ex ſubſtitutione ex habebit iure accreſcendi
trem illius patris: vel totã ſi duo eſſent inſtituti. ¶ Op. ad
in l. ſi ſolus. j. eod. Solu. illa lex iſtam, ⁊ ſimiles gl. ¶ Op.
ſicut. C. de repud. here. vbi qui ſemel repudiauit, nõ põt
adire. Solu. fateor eodem iure ſed alio iure ſic, vt hic, ⁊ l. fi
de vulg. ⁊ pupil. ¶ Uenio ad tertiam, ⁊ vltimã partẽ. ⁊ d
hic, ꝙ poſſum vnã inſtitutionem adire ⁊ aliã repudiare ¶
pon. de l. quidam elogio. C. eo. ⁊ s̄. eo. l. ij. Solu. aditione p
quis habet totũ, niſi prius repudiauerit aliã partem tunc
adeundo aliã partem, de parte repudiata non habet, niſi
nus ei accreſcit, ita loquitur hic. Sed contra hoc eſt in pot
te ſua habere iure accreſcẽdi, vel iure inſtitutionis,
hec eo. in principio. s̄. eod. Solu. ibi dixi Et probatur per
legem qđ ſi quis incipit ab aditione partis aliam partem
re quo ſibi delata eſt i teſtamento, cogitur habere, vt hac l
princip. etiam inuitus, d. l. ſi quis heres. Sꝫ ſi qs incipit re
atione, poſtea adeundo partem poterit illam habere iure
ſcendi. Et hoc eſt quod in fine hic dicitur ꝙ põt habere,
iure inſtitutionis vel iure accreſcendi. ¶ Ultimo not. † g
b dium, ſi reſpicit verbũ vel participiũ futuris temporis,
conditionem, vt hic ibi, quin ex ſubſtitutione adeũdo, ⁊c.
ponit, adeũdo, id eſt ſi adiueris. Sꝫ ſi gerundiũ reſpic
vel participiũ preſentis temporis, tũc non induceret co
nẽ, ſed magis veniret ad modificationem ſeu qualifica
a tus, vt j. de vi ⁊ vi arma vim l. facit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Expectãdam Bar. alle contrarius in l. fi. j. cod.
vide que ſcipſi in l. quidam elogio. C. eod.

b ALEX. ¶ Inducit. Uis qđ dixi i l. de off. ꝯſu. Uid Bal. in l.
de ſer. fug. in l. ſiue poſſidetis C. de ꝓb. ⁊ qđ no. Bal. in l. ſi
b. C. d̄ fide inſt. Quid in ſupino, vid gl. in l. Meuia. ſol.

Et de gerundio adde no. per Bar. in l. ij. ad fin. ſ. cōdi. ⁊ demō. ⁊ in extraua. ad repꝛimendū in verſi. ne ex coꝛū. ⁊ Bald. in l. id qḋ pauperib de epiſ. ⁊ cler. Et dicit ꝙ impoꝛtat cauſam fina. ⁊ vide Bald. in l. ſi ex cau. in v. queſt. de nō num. pe. ⁊ Bald. l. falſus. C. ḋ fur. ⁊ Sal. idem ſing. dicit in l. j. C. de his qui latro. occul.

LEX LXXVI.

☞ Conſequēti poſito ſequitur poſitio antecedentis, in his que pendent ex noſtra mera voluntate.

**Illud.** Qui vult conſequens, vult ⁊ antecedens h. d. Uel ſic, Ad poſitionem† conſequētis, ſequitur poſito antecedentis. h. d. Iſta l. procedit in his que pendent ex noſtra mera voluntate: in alijs vero non ꝓcederet: vt puta, ſi ego pꝛoduco ſententiam, ſequitur ne de neceſſitate, ergo pꝛeceſſerunt acta: Certe nō, [a] niſi ꝓbetur l. pꝛolatā. C. de ſenten. Itē ſi pꝛobo, ꝙ aliquis eſt oꝛdinatus ſacerdos, ſequitur ne de neceſſitate, ergo alij oꝛdines p̄ceſſerunt: Certe nō, vt c. ij. extra de cle. peregri. ⁊ ibi ꝑ Inn. Huic legi contra l. ad rē. ⁊ l. ad legatum. ſ. de pꝛocu. Cetera omnia dic vt i gl. ⁊ bene. Opp. glo. de l. itē apud Labeonē. §. ſi quis Sol. ille cau ſe ſe cōpatiuntur, l. nunquam. de pꝛiuatis delic. iſte non, l. quandiu. ſupꝛa eo. ſecundum Dyn.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Certe nō. Limita niſi pꝛeceſſiſſet decenniū, ſm̄ Mo. in l. qui i aliena in pn̄. ſ. e. facit l. ſciendū, cu materia, de ver. obl. Uide Bart. in l. a diuo. §. i venditione ver. quero ergo ſi reperiū tur de re iud. Adde qḋ not. Inn. in c. ſup his. de acc. ⁊ i c. innotuit. de eo qui fur. oꝛ. ſuſc. ¶ Adde ſecundū Pau. de ca. ꝙ ille qui vult vnū cenſetur etiā velle aliud, ſine ꝗ illud eſſet inutile, vt C. de fidei. l. quamuis. ⁊ l. fin. ſ. de diuoꝛ.

LEX LXXVII.

1 ☞ Adire an videat, ſi quis pluſquam pꝛo parte ſua dominiū interpoſuerit.

a **Duo fratres.** [a] Uſus rerum communiū, aditionē hr̄ditatis ſocij non inducit, niſi quis vltra fecerit ꝙ̄ ex neceſſitate communionis facere teneretur. h. d. ⁊ not. ipſā in caſu ſuo.
1 ¶ Quero,† quomodo cognoſcatur, vtrū quis pluſquā ꝑ parte ſua dominationem interpoſuerit, vt ex hoc videat adire: Reſpondent quidā, vt puta, alienādo inſolidū, tunc videtur adire, vt hic
b ſecundū quoſdā. Tu dic, [b] quedam ſunt que ꝑ parte expediri nō poſſunt, ⁊ tunc de neceſſitate cōmunionis, quis habet neceſſe illud facere inſolidū, ⁊ eo caſu nō videtur adire, niſi eius animi fuerit vt hic, ꝓbatur, ⁊ in l. ſi cū vno. ſ. ſi ex nor. cau. aga. ⁊ l. ſi cōmunes. de neg. geſt. ⁊ famil. erciſ. l. heredes. §. ſi vnꝰ. Quedā ſūt que poſſunt expediri ꝑ parte, vt exigere a debitoꝛe cōmuni, ⁊ illa ſi faceret inſolidū inducerent aditionē qꝛ in parte ſua dominiū interponit. ita loquitur hic, ⁊ d. leges. ⁊ bant. ¶ Quero, iſta lex loquitur qñ frater dicit ex illo actu noluiſſe ſe adire hereditatem quid econtra, ſi ipſe vel heres eiꝰ affirmaſſe ex illo actu voluiſſe adire, ⁊ aduerſarius negat: quid iuris: dicā in l. gerit. j. eod. titu. Oppon. glo. de l. merito. ꝓ ſoc. dic ꝙ illa cōcoꝛdat, vt in his que poſſunt fieri inſolidum iure cōmuniōis ſic facta eſſe intelligāt: alias ſecus, vt patet in iam dictis

ADDITIONES.

a ¶ Duo fratres. Per hanc legē dicit Pau. de ca. ſecūdū Ang. Ric. ⁊ Bal. ꝙ ſi ſint duo fratres habentes domū communem, ⁊ vnus ſe abſentet ⁊ alier inhabitat totā domum ⁊ reueretur ille qui ſe abſentauit, ꝙ nō poteſt petere penſionem partis ſue, lʒ ꝑ plures annos ſteterit abſens, quia nō poſuit habitare ꝑ parte cum eſſet communis. ⁊ hoc etiam pꝛobatur hic quia quando eſt actus, qui nō poteſt geri in partē vnuius quin geratur in partē alterius, non inducit aditionem vt intelligunt hic docto.

b POMA. ¶ Tu dic. Uide Felyn. in cap. j. de pꝛoba.

LEX LXXVIII.

1 ☞ Caſus, in quibꝰ etiā ſecundū iſta tempoꝛa, per filium non querebatur patri.

2 Patri que ꝑ filium acquirūtur, pꝛimo acquirūtur filio poſtea per ipſum patri.

a **Placet.** [a] Que nobis acquiruntur per eos, qui ſunt in poteſtate noſtra, momento non reſidēt penes eos. h. d. vnū ḋ iſta lex, ſcilicet ꝙ dixi in ſummario. Aliud p̄ſupponit, ſcilicet ꝙ quicqd acquirit filius, acquirit patri: ⁊ tñ hec lex pꝛincipaliter non dicit, ſecundū Dy. ſʒ pꝛobatur i l. j. j. ſi quis a parē. fue. ma. Et ad illud pꝛopꝛie vadūt oīa cōtraria hic ſignata. ¶ Op. de l. ſi id quod dominus. ſ. de cōdic. inde. Sol. gl. ibi i naturali obligatiōe, hic i ciuili acquiſitiōe. Dy. hoc repꝛobat, qꝛ ibi naturalis obligatio q̄ritur ꝑ filiū patri, l. frater a fratre. ſ. de cōd. inde ſʒ attēde, qꝛ gl. ibi inter illa facit differētiā. Nā naturalis obligatio nō ita patri acquirit, qui remaneat etiā apud filiū, ſʒ in ciuili acquiſitione, in hoc nihil apḋ filiū remanet ꝑ hāc legē, ita dicit gl. in d. l. frater a fratre ſed hoc ibi repꝛobo, Nā naturalis obligatio faciliꝰ tranſfertur, quā ciuilis, l. ſi eius. ad Treb. Sol. ergo, ꝙ contrariū loqtur i obligatiōe naturali, qꝛ ipſe dn̄s tenet ſeruo vel pater filio ꝙ ſibi non queritur, ne ſibi ipſi obligari videatur. h. d. Dy. hic, ⁊ gl. i d. l. frat a fratre. ⁊ idē Dy. i ſi qs ꝑ e. §. j. j. de fideiſ. ¶ Op j. de ſol. l. q hominē. §. quidā. Gl. hic, ⁊ ibi inuoluit ſe in iſto contrario. Ueritas eſt, ꝙ filius eſt heres, ⁊ ꝙ actiones cōfundūtur ⁊ ſic ad patrē trāſfertur hereditas pꝛout eſt apud filiū vt l. ꝯria: ſed hoc totū expediatur vno inſtanti, ita ꝙ momento nō remaneat apud filiū. ita loquitur hic tex. Cp. de leg. j. l. cū filio. Gl. dt ſol. vt ibi, qꝛ apud. filiū remanet nūdū nomē heredis, abſꝙ aliq̃ iure. Op. de l. q heredi. in pꝛin. j. de condi. ⁊ demōſt. Sol. gl. ibi vt ſcripto, non vt heredi. Dyn. dicit, ibi loquit in his ꝗ ſunt facti, hic iuris Mihi videtur, ꝙ quelibet ſolutio veritatē cōtineat ⁊ idē nā ibi loquitur in cuius perſona debeat impleri ꝯditio, ꝙ eſt facti, in quo inſpicitur ſolum perſona eius qui eſt heres ſcriptus licet hereditatis effectus non reſideat in eo: hic loqtur ꝗ ad alios effectus iuris hereditarij, in quibꝰ nō inſpicimꝰ ꝑſonā filij, quia apud eum nihil remanebat ſm̄ iſta iura. ¶ Cppo. C. ḋ vſuſfruc. l. fi. in fin. Gl. ſol. hic ſed qꝛ paſſus eſt difficilis, omitto
2 Examino enim plene in filio j. de conditio. ⁊ demonſt. ¶ Cppō. †vltimo ꝙ non omnia que filius querit, patri querat, l. cū heres in pꝛincip. ſ. eo. ſol. fateoꝛ ſecundū iſta tempoꝛa, ꝙ hoc fallit in multis caſibus. nam extra cauſam caſtrenſem filius non acquirebat patri qñꝙ. Pꝛimo quando querebat illicite l. qḋ ſeruus de acquir. poſſ. Secundo in dote. l. ij. §. quod ſi in patris ſoluto mat. l. Pomponius Phyladelphus. fami. erci. ideo fuit factꝰ titul. de collatio dotis, etiā ḋ de iure antiquo. Itē in caſu l. cum heres. ſ. eo. ⁊ l. imperatoꝛ. ⁊ l. cogi. §. ſi pater. ad Trebel ſm̄ intellectū Iacob. de are. Hodie vero filius querit ſibi ex omnicā
3 aduentitia per tit. C. de bo. que lib. ¶ Quero, cui pꝛius querat vel filio vel patri: Non eſt dubiū ꝙ filio, ⁊ ex perſona filij patri, l. qui liberis §. hec verba. ſ. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ idē i ſeruo, vt ibi. Et illud videtur, ꝙ† in vno inſtanti vadat ad patrē, ⁊ eſt magis notabile quam aliud, vt verbi gratia, qñ intras ad camerā obſcurā cū candela qḋ eſt pꝛius vel qḋ pꝛius ſecedat obſcuritas, ⁊ poſtea lumen veniat vel econtra, qñ exijt tūc lumen, ⁊ remanet obſcuritas quod eſt pꝛius. ⁊ vidi quendam doc. qui diſputauit, ⁊ hoc adducit in diſputatione.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Placet Et hanc l. limita in filijs Francigenarū qui nō ſunt in patria poteſtate, ſm̄ gl. Inſti. de pa. po. in §. ius autē dixi in l. fi. C. de inoff. teſta. Scḋo limita niſi pater eſſet furioſus. tex. eſt: ſing. in l. cū here. j. eo. licet aliqui cōtra. Tertio limitani ſi ſtatutū diſponeret ꝙ filij nō ſunt in poteſtate patris. Tex. eſt no. in l. p̄re furioſo ibi ius patrie poteſtatis moꝛibꝰ receptū eſt, ⁊c. ſ. de his q ſunt ſui vel alie. in. Quarto limita niſi filiꝰ acqreret poſſeſſionē ab Imperatoꝛe. l. cū muta. C. de bo. que li. Quito limita niſi ſtatutū dictaret ꝙ bānitus nō poſ. acqrere i terra bātis, qꝛ tūc nō acqrit patri per filium. l. iij. C. debere inſtit. Sexto limita niſi eſſent filij iudeoꝝ qui aſſumpſiſſent ſacrū baptiſma, quia tunc non queritur patri tex. eſt no. xxviij. q. j. Iudeoꝛum. Item in caſu. l. Impe. j. ad Trebellia. dic vt ibi dixi.

POMA. ¶ Intellige per Bar. in frater a fratre in vlti. col. ff. ḋ condi. inde. ⁊ vide Bar. in l. ſi quis pꝛo eo. ff. de fideiuſ. §. j. limita vt per Bal. l. fi. ff. de condi. inſti. ſcʒ quando filiꝰ acquireret patri exiſtenti in vltimo vite ſpiritu.

P. PAV. P. ¶ An regula huius l. pꝛocedat in illicitis, vt in ludo ⁊ vſuris, vide tex. ⁊ ibi Ale. poſt ceteros i l. ꝙ ſeruiꝰ. ff. de acq. poſ. limita, vt per Bal. i l. fi. ff. de ꝯdi. inſti. vt nō habeat locū parte cōſtituto i articulo moꝛtis per tex, l. fi. C. de bo. ꝗ lib. viḋ Are cōſil. clxj. incip. in pꝛeſenti cōſultatione vidēdum eſt. vide Moder. in l. quoniam indignum. C. de teſtam. Itē limita regu. huiꝰ legis non pꝛocedere in acquiſitione reuocabili ſm̄ Bal. i l. fina. ſ. de condi. inſti. circa regu. huius l. vide Com. conſili. lxxviij. in pn̄, Itē pꝛoclara intelligētia huius regu. ⁊ quid de iure antiquo, ⁊ quid de iure nouo. vide Alex. in l. poſſeſſio quoꝙ. ff. de acqui. poſ. Itē ſi teſtatoꝛ vellet acquirere patri ipſo iure non acqreretur, vt per Soc. in l. cum filio. ff. de lega. j.

LEX LXXIX.

**Si ſolus.** In ijs que acquirere pōt quis per ſe, aditione partis totum q̄rit: ſecus in ijs que quis pōt querere per alium. h d. Et eſt lex magiſtralis, ⁊ gloſſat multū ſufficienter iſtū titulū. Rationem hoꝝ caſuum videamus. Qñ quis eſt inſtitutus inſolidū ſine diſtinctione partiū, adeundo pꝛo parte totū acqrit: qꝛ non poteſt ſcindere l. j. ſ. eo. Sed quādo inſtitutus eſt ex pluribus partibus ⁊ in nulla habet ſubſtitutū, tunc idē vt hic. Nā illa diuiſio partiū facta a teſtatoꝛe, non dicitur herediatē diuidere,

cum omnia referātur reſpectu vnius. Sꝫ magis demonſtratiue ſicut fundus, q diuiditur gratia vberioꝛis culture, tamē idē fundus remanet, l. Caius. §. fi. ĩ. de leg. ij. Sicut videmꝰ ĩ illa mēſura que vocatur canna in q̃ ſunt ſigna diuiſionis, nō tamen diuidunt vnitatē ipſius: ſed qñ in aliqua parte habet ſubſtitutum tunc qꝛ habetur reſpectus ad diuerſas ꝑſonas, teſtatoꝛ videt diuidere: tamen agnitione partis, totū agnoſcitur, illa ratione, ne ſtet in pēdenti ꝑſona repꝛeſentata, vt dixi ĩ l. j. §. ij. ſ. e. In ſecūda parte legis ratio eſt qꝛ aſſignatiōe partis nō acquiritur totū qꝛ nō pōt. Non enim pendet ex voluntate iubentis tantum, vel adeuntis tantū. Que ratio tagit hic in vltima gloſ. ⁊ ꝓbatur ĩ. l. pꝛoxi. ¶ Ex pꝛedictis poſſumus ſoluere vnū dubium hic loq̃tur quādo ſeruus eſt inſtitutus ex parte ſub conditiōe: quid ſi ex pluribus partibꝰ eſſet inſtitutus pure ſeruus: Certe ſi vnus eſt dominus, nō videtur ꝙ poſſit ꝓ parte tantum adire qꝛ non poteſt diuidere, cum teſtatoꝛ non diuiſerit, referēdo partes ad vnā perſonam tantū: nec lex diuidit quando eſt vnus dominus, ſed quādo plures, l. cum ſolus ſeruus. ſ. eo. ¶ Uenio ad gl. ⁊ op. d. l. liber homo. §. fi. ſ. de her. inſtit. Gl. nō ſol. hic ĩ pꝛima gl. ſꝫ ĩ. in vlt. gl. qꝛ ibi hereditas defertur mihi ꝑ alium ex noua diſpoſitiōe: ſcilicet, qꝛ hr̄di pꝛimo ſucceſſi. Op. ſ. eo. l. ſi tu ex parte. in fi. Sol. vt ibi. Op. de l. cum hereditate. ſ. eo. Sol. ibi deferūtur mihi plures partes diuerſo iure, ſcilicet vna ex dipoſitiōe defūcti. alia ex diſpoſitiōe legali, id ē ex iure accreſcendi: hic vno iure deferuntur plures ex diſpoſitione defuncti tantū. Ultimo glo. ſummat hic iſtam materiā, ⁊ glo. ⁊ doc. in l. quidam elogio. C. eo. licet non plene dicam in l. fin. infra eod.

LEX LXXX.

**TOties videtur.** Ius ſubſtitutiōis nō trāſmittit ad heredē, hoc. d. Oppo. ſ. e. l. qui patri. Sol. ibi transfertur ius accreſcendi, nō ius ſubſtitutionis, tñ illud ius habet hic, vt trahatur ad bona impuberis, qđ intellige vt dixi, in totum vel ĩ partē. Itē illa lex debet intelligi, quando pupillus adiuit, ⁊ ſic cepit eſſe iuncta hereditas defuncti ⁊ pupilli, alias ſecꝰ.

LEX LXXXI.

**SI ſeruus eius.** Iſta ē ſingu. lex, ⁊ difficilis, ⁊ difficile eſt eā defendere a contrarijs. Cum ſeruus nō capacis in totū, vel in partem inſtituitur cōtemplatiōe ſui ſerui, ſecūdū tempus adite hr̄ditatis inſpicitur. h. d. Nec lex habet duas lec. Pꝛimo loquitur in ſeruo eius q eſt omnino non capax, ⁊ ita videtur intelligere gl. hic ⁊ Dy. q dicit, in pꝛima parte pone exēplum in ſpurio, in ſecūda in filio naturali. Cōſtat autem ꝙ ſpurius eſt ſimpliciter nō capax. Quod apparet, qꝛ ſi eſt inſtitutꝰ venit ſimpliciter ad veniētes ab inteſtato, l. j. C. de na. li. ⁊ l. Luciꝰ §. j. ĩ. de leg. j. ⁊ ibi dicā. Secundo intelligit in ſeruo eiꝰ, qui licet capiat ipſo iure, tamen nō in effectu, qꝛ aufert ab eo vt ab indigno. Et ita ſentit gl. in l. pꝛoxi. ⁊ Iac. de are. pono. ergo caſū ſimpliciter ⁊ in contrarijs examinabo. Op. de regul. iur. l. qđ ab initio. ⁊ l. pen. ⁊ ĩ. ſi qs ali. teſta. ꝓhi. l. j. §. j. Gl. dicit, hoc ex benignitate, de rigoꝛe ſecus. Cōtra, imo videtur ꝙ ſi inſtitutio nō valet tempoꝛe teſtamenti, nullo modo ſit valida l. ſi alienū. §. in extneis de here. inſti. Sꝫ in ſeruo inſpicitur capacitas, vel nō ex ꝑſona domini, l. nō minus. ſ. de hered. inſt. hic dominus erat nō capax ergo ⁊c. Gl. hic intelligit, ꝙ omnes ille leges loquūtur d̄ rigoꝛe, hic de benignitate. Certe hoc nō expꝛimit hic Iuriſcon. Ia. de Are. dicit, ꝙ hic fuit inſtitutus ſeruus eiꝰ q ſcribi poterat, licet ab eo auferatur tanq̃ ab indigno, vnde ſemper valuit inſtitutio Iſtud autē vtrū ei auferatur, vel non, recipit mutationē. Secus ſi ab initio inſtitui nō potuiſſet, d. l. ꝙ ab initio, ⁊ l. Manicheos. C. ſi here. q̃ lec. vera eſt in ſe facit ĩ. de iu. fiſ. l. nō intelligitur. §. quando autē. Habes ergo, ꝙ ſi ſeruus mutauit dominum, non perditur hereditas, eo qđ pꝛimus dñs erat indignus, niſi ſeruꝰ eſſet inſtitutus contēplatione ipſius domini indigni, ⁊ ſic in fraudem: vel niſi fuit manumiſſus, vel alienatus in fraudē. ita poteſt

a intelligi illa lex, cui intellectui conſonat glo.[a] ĩ. l. pꝛoxi. tamē nō conuenit litere, q̃ dicit ſimpliciter capere non poteſt. Intellige ergo in ſeruo nō capaci ſimpliciter, ⁊ ita intelligit Dy. ⁊ gloſ. v. dici. Item intellige, ꝙ ſeruus hic fuit inſtitutus contemplatione ipſius ſerui, nec ob. cōtraria, que loquūtur quando ſeruus eſt inſtitutus contēplatione domini, vel ſimpliciter, q̃ caſu videtur

b habitus eſſe reſpectus ad dominū,[b] l. cum aliquis. §. ſi autē. C. eod. ideo tunc dicitur fieri fraus, merito tunc inſpicit capacitas vel incapacitas ex perſona domini. Sꝫ quādo inſtitituitur ex ꝑſona ſui, debet incipi tempus hr̄ditatis adite, tunc dicit fieri in

1 fraudē. ita loquitur hic.† Et per hoc habes intellectum l. ſi deportati, in pꝛincip. de leg. iij. Nā ſi eſt depoꝛtatus, nullo modo eſt capax, ſecūdū verā opinio. l. j. C. de hered. inſtit. ⁊ l. ſi neceſſe. §. ſi depoꝛtatus. de bo. li. ⁊ l. j. in fi. de cōtrata. ⁊ not. ſ. e. l. ſi qs mihi bona. §. j. tamen ſeruus depoꝛtati habet aliquid plus capa[…]tatis. ſi ipſiꝰ contēplatione relinqtur. vt hic. Ideo ſi dies leg[…] cedit durāte depoꝛtatiōe acquiritur fiſco, cū depoꝛtato no[…] ſet acqiri. Secus relinqueretur contēplatione depoꝛtati ſim[…]citer, per hanc legem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cōſonat gl. Ad. no. ꝑ doc. ĩ. l. ſi mihi. ⁊ tibi. de le[…]

ALEX. ¶ Ad dom. Pꝛo hoc ēt facit gl. in l. item qđ §. fi. […] her. inſti. ⁊ no. per gl. Bar. ĩ. l. pꝛox. per Bar. in l. fi. C. de […] Et cū hac reſponſione tranſeunt ſimpliciter Imo. ⁊ Pau. […] in l. ſi mihi ⁊ tibi. §. regula. de leg. j. Uel poſt reſponderi […] Iacob. de are. ⁊ Bald. ad iſtū tex. ⁊ ad d. l. ſi depoꝛtati, ꝙ […] hic dominus erat ſaltē capax nomine licet nō effectu. Et […] caſibus licet conſideretur perſona domini, bene valebit, […] d. §. regula cū alijs alle. in contrarium, qꝛ in illis non eſt ca[…] nec nomine nec effectu. Exēplū patet ĩ furioſo, qui nō pōt […] capere a patre ſuo, vt no. in auth. quib. mo. na. eff. ſui in fi. […] fuit ſo. quā dat. Pau. de ca. in d. §. regula ĩ lec. Bo. videlic[…] d. l. ſi depoꝛtati, non ob. ad d. §. regula. qꝛ iō ibi legatū re[…] ſeruo depoꝛtati valet ⁊ applicatur fiſco, qꝛ in illo ſeruo, fiſ[…] ſpem ea ratione, qꝛ poſt moꝛtē depoꝛtati, bona ipſiꝰ acqſita […] depoꝛtationē debēt peruenire ad fiſcū. l. ij. cū ibi no. de bo[…] ⁊ not. gl. in l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. iō ratiōe […] quā habet fiſcus in illius depoꝛtati bonis, acqritur iſtud […] legatū ſibi, ſicut alibi videmꝰ in l. verū. §. ſi ſeruo. ſ. ꝓ ſo. […] nō placet, qꝛ illa rō illiꝰ ſpei quā hꝫ fiſcꝰ in bonis illiꝰ depo[…] nō d. eſſe ſufficiens cauſa, vt acquiratur aliqđ ipſi ſeruo, […] beremus potius dicere ꝙ iſtud legatū deberet ſtare in ſuſpe[…] quouſq̃ ſeruus applicaretur fiſco. l. ſi tibi homo. §. cū ſeru[…] le. j. Nō ob. tex. in d. l. verū. §. ſi ſeruo, alle ꝑ eū qꝛ ibi ille […] habebat, dominiū de pꝛeſenti nimirū ſi ratione illius dom[…] pꝛeſenti poterat totū acquiri, veriozes ſunt pꝛime ſol. […] illud qđ dicitur, ꝙ depoꝛtatus, eſt ſaltem nomine capax […] munis opin. eſt in l. j. C. de her. inſt. ꝙ nō dicatur depoꝛ[…] nomine capax, nec effectu. ⁊ ille ſo. pꝛime multū pen[…]

LEX LXXXII.

1 ☞ Poꝛtio accreſcit poꝛtioni non perſone.

2 Subſtitutionis ius coheret perſone non poꝛtioni, q[…] titur ad heredem.

3 Ius accreſcendi reſpicit rem, non perſonā ⁊ trāſit ad he[…]

a **SI totam.**[a] Poꝛtio† accreſcit poꝛtioni […]
1 ſone, ⁊ iō q perdit poꝛtio[…] ius accreſcendi licet nomen heredis retineat […]
q eſt bona lex. Op. b de l. ex facto. §. fin. ſ. de vul. […]
2 Sol. † ius ſubſtitutionis coheret perſone, nō poꝛtioni. […] paret qui non trāſmittitur ad heredē. l. toties. ſ. eod. ⁊ iō […] eo auferatur hereditas vt ab idigno, remanet tñ nomē he[…] in perſona ſua, iō pōt ſuccedere ex ſubſtitutione que nō […] ed fiſcum licet tranſeat poꝛtio. Sed hic loquitur in iure a[…]ſcendi, quod reſpicit rem nō perſonam, l. ſi Titio. ſ. de v[…] Patet, qꝛ tranſit ad heredem, l. q patri. ſ. eod. ⁊ l. ſi ex plu[…] de ſuis ⁊ legi. ⁊ l. j. §. his ita. C. de cad. tol. merito trāſit ad […] ad quē tranſit poꝛtio. ¶ Ultimo habes hic gl. fin. que dic[…] ꝙ hic eſt non capax. ⁊ non datur, ⁊c. Aduerte qꝛ iſta gl. intel[…] legem pꝛecedentē, maxime in ij. Rñ. ꝙ loquitur in indigno […] adurte, quid velit dicere gl. hic loquitur in non capace, ⁊ n[…]tur, ſcꝫ ipſi non capaci, ſꝫ datur fiſco. Aufertur enim ab he[…] inſtituto qui erat capax, tamen eſt indignus pꝛopter deli[…] hꝛ aſſumpſit tacitam fidem reſtituendo nō capaci, ſed ſi ip[…] capaci directo eſſe relictum, tunc non daretur fiſco, ſed ve[…] ad venientes ab inteſtato, l. j. C. de na. libe. ⁊ l. j. C. de hered[…] ſtituend. ſecundum veram opinio. ⁊ l. non intelligitur. circa […]cip. ⁊ §. j. ĩ. de iure fiſci.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si totam. Ad materiam huiꝰ l. vide aliqua […] conſil. xxvj. ⁊ conſi. xxvij.

b P. PAV. P. ¶ Oppō. Loquitur ĩ iure accreſcendi, quod […] rem, quod ſi heres vendat hereditatem, an ius accreſc[…] petat emptoꝛi, vide Iaſ. in l. ij. ver extra gl. C. de pact.

LEX LXXXIII.

1 ☞ Pꝛoximioꝛ agnatus decedens pendente dubio an poſt[…]mus naſcatur, licet ſciat teſtatoꝛem defunctum, ius delibera[…]di ad heredem non tranſmittit.

2 Lex ſemper eſt certa de eo quod eſt certum in natura.

3 Filius in poteſtate hereditatem paternam non agnitam tran[…]mittit ad quoſcunque heredes.

4 Medium eſt inter moꝛtem ⁊ aditionem in ſuo.

Sciens hereditatem ſibi delatam, ſi decedat ea non adita, qñ illam tranſmittit.

5 Dubitationem qui propter aliquam adire non poteſt, ⁊ in omnē euentum futurum heredem ſe cognoſcit, interim decedens, trāſ mittit hereditatem.

Filius ſi ignorat patrez feciſſe teſtamentum, ſiue ſuus, ſiue emā cipatus, ⁊ decedat hodie, tranſmittit hereditatem.

8 Inteſtato, veniens quando propter aliquid non poteſt adire, ⁊ i omnem euentum cognoſcit ſe futurum heredem, ſi decedat, trāſ mittit hereditatem.

9 Impeditus adire facto alterius hereditatē non aditā decedens tranſmittit.

10 Metu plene legalis quando quis tantum impeditur adire, interim decedens tranſmittit.

11 Statuto ſtāte ꝙ forēſis nō poſſit aliquo titulo acqrere bōa ſub pena, niſi fuerit allibratus, an forenſis proximior agnatus defū cti, q venit ad ciuitatē vt faceret ſe allibrari, ⁊ poſtea adire, ⁊ anteq̃ predicta faceret eſt mortuus, iſtā hereditatē nō tranſmittit.

12 Suus heres de iure ciuili hereditatē nō aditā, vel nō agnitā trāſ mittit ad quemcunque ſucceſſorem, ⁊ nu. 20.

13 Beneficium abſtinendi, quia introductum in fauorem filiorum vbi non vertitur fauor nihil operatur.

14 Filius ſciens ⁊ habilis ad adeundum, an tranſmittat tantūmodo ad ſuos, ⁊ nu. 17.

15 Suus infans, vel furioſus, an tranſmittat hereditatem paternā etiā ad matrem, ⁊ nu. 18.

16 Filius, qui non ſolus eſt heres legitimus, ſed ſunt aliĳ liberi coheredes ſi decedit, an portionem tranſmittat ad patrem, vel ma matrem, an ad coheredes ⁊ nu. 19.

21 Exiſtentia ſui heredis quando ceſſat ob aliquā cauſam, vt puta, q2 habet ſubſtitutum vulgarem, tunc ſuus non tranſmittit here ditatem non aditam.

22 Filius qui repudiauit hereditatē paternā, illam nō tranſmittit.

23 Filius hereditatem maternā non agnitam non tranſmittit.

24 Filius emancipatus hodie hereditatem paternā non agnitam tranſmittit ſicut ſuus.

25 Hereditate aſcendentis non agnita, nec repudiata, quoties qs decedit illam tranſmittit ad deſcendentes, etiam ſi non ſit ſuus.

26 Infans decedens hereditatem cuiuſcunq; non agnitam, ſed delatā tranſmittit ad patrem vel ad ſuos alios deſcendentes, etiā ſi ſit emancipatus.

27 Aſcendentes infantis hodie iure hereditario petunt hereditatem infanti delatam licet non agnitam.

28 Filio infanti, cui delata fuit hereditas, decedenti ſuperſtite patre, ⁊ matre, vel auo paterno ⁊ materno, quis ſuccedet.

29 Emācipatus, qui ſubſtituit filio infanti pupillariter extraneū ſi deceſſit relicto filio, ⁊ auo paterno ipſius filĳ, ⁊ infans decedat delata eidē hereditate extranei nō agnita, quis ſuccedat illo caſu.

30 Sciens hereditatem ſibi delatā ſi decedit ea non agnita, nec repudiata intra annum ad quoſcunq; ius deliberandi, ⁊ adeundi tranſmittit.

a VEntre. [a] Ex teſtamento non pōt eſſe heres, q de eius viribus dubitat, niſi ſit ſuꝰ, ⁊ in ſe verum ſcit teſtm̄ valere, alias ſecus: ⁊ qui in omnē euentū futurum ſe heredem cognoſcit interim hereditatem decedens tranſmittit. h. d. Primo ponit vnū dictum. Secundo oſtendit quō in predictis differt ſuus ab emancipato vel extraneo. Tertio oñdit ex predictis inſurgere vnum inconueniens. Quarto cōtra illud incōueniens dat remediū. Secunda ibi, ſed ſi vacuo. Tertia ibi, ergo ſi ventre. Quarta ibi ⁊ ideo ¶ Pone caſum in terminis, filium emancipatū, vel extraneū inſtituit, ventrem vxoris preterĳt: queritur vtrū inſtitutꝰ poſſit adire hereditatem ex teſtamento. Reſpōdeo ꝙ nō, q̄diu pendet an poſthumus naſcatur, ⁊ ſic, an teſtamentū rumpatur. h. d. Ratio huius eſt, quia dubitatur de viribus teſtamenti, ⁊c. l. ſed, ⁊ ſi de ſua. ſ. e. Aſſignat gl. aliam rationem, quia inſtituti expectant preteritos, l. ĳ. §. expectandi. j. de bo. poſ. ſm tab. ꝙ hic non examino. dic vt ibi. ¶ In ſecūda parte. ſ. in ver. ſed ſi vacuo. ſic pone caſuz. Queritur, an idem eſſet ſi filius in ptāte eſſet inſtitutus ⁊ venter preteritus. Et reſpōdeo, ſi in veritate vēter eſſet vacuꝰ, lz nō crederetur filius in poteſtate, ſtatim eſſet ſuus heres, ⁊ decedens tranſmittit: emācipatus vero non eſt ſuus heres, nec adire pōt, donec vxor putatur pregnans. h. d. Sic ergo ſi venter ē vacuus, differt ſuus ab emācipato: ergo a ɔ̃rio innuit, ꝙ ſi vēter eſt plenius, nec ſuus nec emācipatus interiz eſt heres. ¶ In iĳ. parte ibi, ergo ſi ventre ſic pone caſuz, ex eo ꝙ dictū eſt ſ. a cōtrario ſenſu ꝙ vbi ſuus, ventre pleno interim nō eſt heres, ſequit̄ illud ꝙ filius ſuus interim decederet, nihil ad heredes tranſmittitur q2 nō eſt heres ſuus per legem, nec aditionē. Inquantū ergo videt̄, ꝙ decedens nihil tranſmittat, Juriſconſultus fatetur, ꝙ ſequeretur illud inconueniens. Sequitur quarta pars ibi ⁊ iō, ⁊ illā diuide in tres. Primo dat remediū contra incōueniens. Secundo ponit rationem. Tertio illud extendit. Secunda ibi, quia ſiue. Tertia ibi, eademq; ratio. Prima particula legitur duobus modis vt colligitur ex gl. primo vt quod dicit decreto itelligitur, id eſt, per bo. poſ. contra tab. ⁊ ita intelligitur gl. ſuper illo verbo, ſecundū illā, ſic pone c. ſum. ¶ Quero, quod remediū eſt contra dictū incōueniens. Reſpondeo, remedium eſt, ꝙ ille filius qui decedit, tranſmittit ad heredē ſuū ius petendi bo. poſ. contra tab. ⁊ ex decreto iudicis interponēdo ſuper bo. poſ. filio, ⁊ heredi eius ſuccurritur. h. d. Hec lec. probatur in l. illud. in fi. cū l. ſeq. j. de bo. poſ. contra ta. Tenendo iſtā lec. dicas ꝙ ſi quidē heres filĳ vult venire per contra tabul. pendente dubio an naſcatur poſthumus pōt. Idem ſi poſt poſthumuz natū, ſed ſi poſthumus non eſſet natus, ⁊ certū eſſet ipſum non naſciturum, tunc veniret per contra tab. quia certum eſt teſtamentū nō rumpi, ſed per ſecundum tabulas ita debet intelligi alternatiua poſita i d. l. illud in fi. cum l. ſeq. vt ibi ſcripſi, licet gl. aliter ſentiat. Scdo modo legit, ꝙ hic loqtur de decreto preſentis legis. Dicit ergo iuriſconſultus, ꝙ eſt ſuccurrendum cōtra predictuz incōueniēs filio decreto, ⁊ authoritate preſentis legis. vt decedens ille, hereditatem, licet nō queſita, ipſo iure, vel per aditionem trāſmittat. h. d. Hoc ſentit gl. cum dr̄, ex hac lege no. hereditatē nō agnitā tranſmitti. Idē no. in l. ſcriptus. j. de Carbo. edic. ⁊ iſta lectu. plz. Sumus enim in materia de acqui. hereditate de iure ciuili, ⁊ lex in dubio debet intelligi ſm ſubiectā materiam. in qua poſita eſt lex. l. Imperator de in diem addict. ⁊ no. in l. fi. in prin. i verſi. poſſe repeti. ſ. de condic. indeb. Sequitur, q2 ſiue frater inſtat querens, que eſt equitas, que mouet nos ad ſtatuendum hoc contra regulam iuris communis. Reſponde. quia ſiue poſthumus naſcatur, ſiue non, heres futurus erat ergo equum eſt ꝙ decedens tranſmittat. Sequitur verſi. eadēq; ratio facit, ⁊c. inſtat querens erit ne idē in emācipato. Reſpōdeo ꝙ ſic q2 eadē eſt ratio. h. d. Notabilia collige ex ſummario ⁊ ex caſu in terminis. Opp. ad primū qui in omnē euētū futurus eſt heres nō impedit̄ adire, l. q ſi dubitet. ſ. e. Sed emācipatus eſt huiuſmodi, vt i fi. huius legis, ergo adiri pōt, cuius contrariū dicitur hic Sol. l. ꝙ ſi dubitet. loquitur quando nō dubitatur in cauſa acquiſitionis ſciebat enim ibi defunctū deceſſiſſe teſtatum, ſed dubitatur an in ciuitate, vel apud hoſtes, ⁊ ſic erat cauſa certa, q2 ex teſtamento

b ſuccedebat, hic vero erat incertus [b] de cauſa ſcz an ex teſtamēto, an ab inteſtato, ergo adire non pōt, lz in omnem cauſam futurus

1 ſit heres, vt hic, ⁊ l. ſi is ad quē. ſ. co. Ex iſta prima parte no. † ꝙ proximior agnatus decedens, pendente dubio an poſthumꝰ naſcatur, lz ſciat teſtatorem defunctum, ius deliberandi ad heredē non tranſmittit per legē, cum antiquioribus. C. eo. Nam ſibi hereditas interim non eſt delata, vt hic dr̄ in tex. rotundo, ergo nō pōt ſcire ſibi delatam. Probatur, quia non dicitur delata here

c ditas que non poteſt adiri. j. de verb. ſig. l. delata, ⁊ ſic conſului. [c] ¶ Ad ſecundam partem hic opp. dicitur hic a contrario, ꝙ vētre pleno filius in poteſtate, interim nō eſt heres: contra ſ. eod.

2 l. cum quidā. §. ſuum. Reſpond. dixi † ibi, lex ſemper eſt certa de omni eo de quo eſt certum in natura, ⁊ ideo ſi venter eſt vacuus, lz apud nos dubitetur, lex eſt certa, ⁊ facit filiuz in poteſtate ſuū heredez, vt hic i cōtrario. Sed lex nō eſt certa de eo ꝙ nō eſt certum in natura naturata, ſed ſolūmodo eſt certū apud Deū, ⁊ iō ſi vēter eſt plenꝰ, pōt eſſe ꝙ naſcat̄ vnꝰ, ⁊ ꝙ nō naſcet̄ hoc ſoli Deo liquet, non antē eſt certū in natura naturata, ideo lex nō eſt certa nec filium facit ſuū heredem, vt hic. ⁊ hoc no. dicit tex. vt d. §. ſuū ibi, nam per naturā humane conditionis, ⁊c. q. d. lex eſt certa de eo quod eſt certū in natura nō de eo quod eſt ſuper naturā certū

3 vt Deo. Ex illa parte no. † caſum expreſſum, ꝙ filius in poteſtate hereditatem paternā non agnitā tranſmittit ad quoſcunque heredes. Non enim loquitur de filio ſe immiſcēte. q2 nō poterat propter incertitudinem. Cum enim extraneus non poſſit adire, vt hic dr̄, ergo nec ſuus immiſcere, vt l. cum bonis. j. e. Itez tex. iſte dicit heres fuiſſe intelligitur q. d. lex facit eum heredem, ⁊ licet deceſſerit, heres fuiſſe videtur vt tranſmittat. Nec potes dicere ꝙ ſit hic caſus ſpecialis, ꝙ hec lex ſoluz ſpeciale inducit, eo caſu q̊ filius non intelligit̄ a iure heres fuiſſe ſcz qñ venter erat

4 plenus, vt patet ex ſequenti parte, vt ſ. dixi. ¶ Ex p̄dictis † etiā pz, ꝙ aliquando inter mortem ⁊ aditionē in filio ſuo eſt medium vt quando venter erat plenus, vt plene dixi in l. fi. ſ. de cond. inſtit. ¶ Venio ad tertium, ⁊ ad quartū ſimul. ⁊ opp. non debet eſ

5 ſe melioris † conditionis, qui eſt in caſu dubĳ, quā qui eſt in caſu certi, l. ordinata. §. fi. delib. cauſa. l. Julianus. in prin. ð cōd. ide. ⁊ l. j. in prin. j. de leg. iĳ. ſed ille qui eſſet ſciens hereditatē ſibi ð ferri ⁊ ea nō adita decederet, non trāſmitteret. l. j. §. i nouiſſimo. C. de cad. tol. ergo nec iſte dubitans. Tol. ſi conſtaret ꝙ ſciuiſſet ⁊ non adiuiſſet, ſed adire neglexiſſet, tūc decedens nō tranſmit-